e Dum hic habetur, ꝙ pater tenetur alere filium, limita esse verũ supra trienniũ: nam infra trienniũ est mater, quæ tenetur ipsum lactare.tex.est in l.pe.in ver.triennio, & ibi gl.declarat. C.de patr. pot.& ibi doct.post Bar.Itẽ limita, nisi filius cõmisisset aliquã causam ingratitudinis, per quã posset exhæredari, quia ex eadẽ causa possent denegari alimenta filio.gl.est oo.in l.si quis a liberis.§.idẽ iudex.in ver.detulerat.ff.de lib.agno.ubi Bar. Item limita, nisi filius posset se ex suis operibus alere.tex.est d. l. si quis à liberis.§. sed si filius, & ibi gl.& Bar.& gl.ponit istam tertiam fallen.in l.j.§. ius naturale.in ver.educatio.ff.de inst. & iu.

f Vide de hoc Bal.in l.j.§.ius naturale.ff eo. ubi determinat ꝙ nõ, sic distinguens, ꝙ homo potest considerari dupliciter. primo modo vt animal, & tunc non est de iure naturali.Nec obst.hoc, quod hic dicitur de primo animali, quia respondet Bal. quod non obstat, quia vna hirundo non facit uer, nec unum singulare facit genus. Aliquando consideramus hominẽ prout est ratio, & cum ratione, tunc potest dici ꝙ naturaliter ratione naturali teneatur; quia licèt ius naturale hæc non dictet, tamen ratio naturalis hæc dictat, scilicet vt genitus non deserat genitorem, à quo habet esse, quia benefacienti benefacere debemus, argu.l.sed & si lege.§. consuluit.ff.de peti.hære & hoc mihi placet.

g Adde, licet extrauaganter, ꝙ quando aliquis tenetur ad alimenta prestanda alicui iure naturæ, ꝙ ille cui veniũt præstãda alimenta, debet operari illi, q dat alimẽta: aliàs ille nõ tenetur dare alimenta.alleg.gl in l.sicut patronus.ff.de op.lib.& no. Bar. in l.Caio.ff.de ali.& cib.leg. Ang.in l.assiduis.ff.qui po.in pig.hab & Bal. in l.cum oportet, & in l.fi.§.ipsum autem.C.de bon.quæ libe.& in l unica.§.exactio de rei vxo act.& Bal.in l.1.C.de legi.

h An si filius habeat patrẽ & filiũ egenos, & uni soli possit præstare alimenta, cui veniunt præstanda, an patri, an filio. Vide ẽt econtra, quid si pater hẽt patrẽ diuitẽ, & similiter filiũ diuitem, à quo potius dẽt capere alimẽta, an à p̃re, an à filio? dicit Bart.ꝙ à patre prius q̃ à filio, & ẽt prius quã ab auo, quia pater habet pro pignore sanguinem.ita Bar.in l.quemadmodum.ff.de lib.agno.

i An aũt pr̃ teneatur alere filiũ bastardũ? dic ꝙ non, de iure ciuili. scilicet q̃a natus ex nefario coitu, auth.ex complexu. C.de incest. nup.sed de iure Canonico sic, c.cum haberet, extra de eo, qui duxit in matr.quam polluit per adult. Altũ naturalem tantum bene cogitur alere.d.l.si quis à liberis.§.si filius.alle.per Io.de Plat.

K Circa fi.huius §.posset quæri, ut quærit Bald.in §.ius naturale, uidelicet, an frater teneatur alere sororem, & econtra, de quo in l.qui filiũ.ff.ubi pupil.educari debeat.& in l.cum plures.§.in primis.ff.de administra tut.& uide Bald.ubi supra, quærentem etiã ibi, an legitima sit debita filio naturali, de quo ibi per eum, & in l.2.C.de iur.& fac ignorãt.in glos.& in l.cum ratio. C.de bo.dam. & est text.quòd frater tenetur alere fratrem.in l.mutus.§.primo. ff.de in.dot.

SVMMARIVM.

1 *Verbum æquiuocum in partem digniorem accipi debet.*
2 *Differentia inter religionem, pietatem, obsequium & officium humanæ naturæ.*
3 *Bellum duplex, & quomodo sit licitum.*
4 *Contractus stipulationis est de iure ciuili.*
5 *Litterarum obligatio est contractus iuris ciuilis.*
6 *Circa contractum tria considerantur.*
7 *Contractus emptionis est de iure gentium.*
8 *Omnes obligationes ex maleficio prouenientes sunt de iure gentium.*

a §.Ius aũt ciuile. *a* No. illud appellari ius ciuile, q̃d cõstituit̃ ab unaquaque ciuitate. No. secundò, illud appellari
ius

ius gentium, quod naturali rõne introductum connenit oĩbus hominibus. Item no. in vers. quæ singula. ꝙ materiæ tractatuum sunt seruandæ in locis opportunis l. Imperatores. ff. de in di. addic. Item no. ꝙ appellatione iuris ciuilis, ĩ dubio intelligitur de iure ciuili
1 Romanorũ. Ex quo aliud colligitis, ꝙ † verbũ æquiuocũ in dubio sumitur in partẽ digniorẽ & potentiorẽ. cõcord. l. j. §. qui in ꝑpetuũ. ff. si ager vec. & l. quæritur. ff. de sta. ho. Finaliter no. ex iuregẽtiũ esse introducta bella, captiuitates, seruitutes, & oẽs quasi contractus. cõcor. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Gl. in vers. ius ciui-
b le. *b* In glo. vtuntur. ibi, & patriæ. *c* no. ꝙ † veneratio,
c qua Deo tenemur, appellatur religio, quæ est inter pa
2 trem & filiũ appellaẗ pietas: quæ verò est inter libertũ & patronũ, appellatur obsequiũ. Illa aũt, quę est inter hoĩem & hoĩem, appellatur officiũ humanæ naturæ. hæc est gl. ord. in l. obsequio. C. de neg. gest. In gl. bella.
3 ibi, vñ vi. dicit, ꝙ † duplex est bellum; publicum, & hoc regulariter improbatur. Fallit, si inducatur authoritatẽ Imperij, qua est trãslata ptãs manus regiæ. l. hostes. ff. de cap. iuncta l. j. ff. de const. Prin. Quoddam est bellum priuatũ, qđ infertur à persona personæ, & hoc regulariter est prohibitũ. l. extat. ff. qđ me. cau. l. si quis in rautã. C. vñ vi. hoc fallit, si fiat ob tutelã corporis sui, cũ moderamine tñ inculpatæ tutelæ; in quo tria sunt cõsideranda. Primũ qualitas, qua quis se defendit. Nã si verberares me cũ pugno, non debeo me defendere cũ ense, vel cũ gladio. Scdõ qualitas tpis, nã si tu verberasti hodie me cũ cultello, non debeo cras te aggredi cũ gladio, qa hoc fieret ad vindictã, non defensam. Tertiũ, ꝙ hoc bellũ inferatur ob defensam, nõ aũt ad
d vindictã. Nã si tu me aggrediaris, & possũ fugere, *d* vel tu sis ꝑsona de qua verisimiliter non possum dubitare, non debeo te occidere, sed aliter euadere. l. sciam. §. qui cũ aliter. ff. ad leg. Aqui. & est glo. ord. in l. j. C. vñ
e vi. *e* Finaliter fallit in casu, l. ꝑtor. §. sciendũ. ff. quæ in frau. cre. Sed opp. & imò vř, ꝙ bella illicita inuẽta fuerunt de iure gentiũ, nã eo iure inuenta fuit distinctio dñiorum. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & ꝑ illas insurrexere postea bella. igitur, &c. Sol. dixerunt Doc. ꝙ bella nõ fuerunt inuenta de iure gentiũ dispositiuè, ita ꝙ ꝑ ius gentiũ bella disposita & statuta fuerint, sed fuerunt inuenta occasionaliter: nã ex quo ius gẽtiũ inuenit distinctionẽ dñiorum, insurrexere postea bella. Et iõ si meũ & tuum de medio tollerentur, hoĩes mundi quietè viuerent. An postliminiũ sit de iure gentiũ, an ciuili. dicite ꝙ est de iure gentiũ occasionaliter, qa ꝑ bella fuit inuentum. c. ius gentiũ. dis. j. Sed dispositiuè fuit inuentũ à iure ciuili. l. postliminiũ. ff. de captiuis. Addite prædictis, ꝙ captus ab hostibus in bello licito, si fugiat peccat mortaliter; in bello nõ licito laudaẗ. hæc est gl. or. in c. ius gentiũ. dist. i. In gl. ab initio, in fi. dicite, vt dicã in §. serui. In gl. pœnæ. Sed opp. & imò vř,
4 ꝙ † contractus stipulationis sit de iure gentiũ, nã causatur ex consensu, ut l. j. ff. de verb. obl. ergo est de iure gentiũ. l. cũ amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iu. Sol. licèt causetur ex cõsensu, tñ qa lex ciuilis tribuit formã huic cõtractui, sumpta denoĩatione à forma appellatur de iure ciuili, qa forma dat esse rei. l. Iulianus. §.
5 sed & si quis. ff. ad exhib. Ibi, de † Isarum obligatione.

Iõ hic cõtractus appellatur de iure ciuili, quia celebratur circunscripto consensu consitentis, vt uidebitis inf. de lit. cont. §. j. & ibi dicam. Sed contra opp. quod nullus contractus sit de iure gentiũ, imò facti sit. & in facto uersetur. l. consilio. §. fi. ff. de cur. fur. Sol. circa contractum sunt tria consideranda. Primum est facultas ineundi contractũ à iure tributa, & hoc respõ dř contractus de iure gentium, qa eo iure est inuenta distĩctõ dñiorum, super quibus contractus celebrantur. Scdõ consideratur contractus quõ ad ipsum modum ineundi contractũ, & quõ ad contractum in se: & hoc mõ dř contractus facti, & in facto uersari, ut loquitur d. l. consilio. Aliqñ consideramus cõtractus quõ ad effectus, qui oriuntur ex ipso contractu, qui sunt obligatio & actio, & tunc dř quõ ad obligationem de iure gẽtium, quõ ad actionẽ de iure ciuili. dicã infra de act. in prin. Sed iterum opp. & imò uř
7 ꝙ † contractus emptionis non sit de iure gentium, vt concludit lra. Nam hmõi contractus non potest celebrari, nisi interuenientr pecuniæ numeratæ. §. item pretium. infra de emp. & uen. in l. 2. §. j. ff. eo. Sed ita est ꝙ fabricatio pecuniæ, & illa impressio characteris quæ funditur in ære, fit authoritare Principis, & sic de iure ciuili. l. j. in prin. de contrahen. emp. ergo ipse contractus emptionis erit de iure ciuili. dñt Doc. ꝙ licèt forma pecuniæ sit inuenta authoritate Principñ. tñ quia subá contractus, hoc est, partiũ consensus, quo solo contractus perficitur, est de iure gentium. d. l. amplius. §. is natura debet. de reg. iu. appellatus est contractus de iure gentium. Præterea, nonne antequam foret excusa pecunia, siue pecuniæ forma, emptio contrahebatur? certè sic. d. l. supra alle. er
8 go &c. In fi. gl. in quantum gl. concludit, † omnes obligationes ex maleficio prouenientes non esse de iure gentium, reprehenditur à maioribus. per l. j. ff. de fur. & habetur in §. j. de obl. quæ quasi ex deli. nas. In quantum concludit, obligationem ex quasi maleficio prouenientem, de iure gentium non esse, approbatur, quia in his contingit aliquem obligari facto alieno, quod ius gẽtium non considerauit. de quo dicam inf. de obli. quæ ex quasi deli. nasc. in prin.

ADDITIONES.

a Ius ãt hoc dictat. cuilibet populo iurisdõnem habenti permissum est sibi ius ꝑprium constituere, qđ ius ciuile & ius statutarium illius ciuitatis uocatur, quod antè ab omni gẽte æqualiter custoditur, ius gentiũ appellatur. Et ius gentium est, qđ humano generi, cõmune est, quo gentes humanæ utuntur & sibi constituerunt, & ex hoc iure gentium introducta sunt bella, captiuitates ortæ, & quasi oẽs contractus. Hoc dicit usq; ad. §. constat. No. primò, ibi oẽs populi qui, quando qualitas adiecta per hoc relatiuũ, qui, cõpetit cuilibet de genere. siue de populo tunc relatiuum, qui, ponitur declaratiuè, ut hic, & l. omnes populi. ff. eo. Sed si qualitas nõ competit cuilibet de genere, tunc si relatiuum adiunctũ certę generalitati ponitur sine copula restringit: sed si cum copula ponitur augumentatiuè. l. ea tamen adiectio. de leg. 3. No. scdõ, licitũ esse cuilibet populo iurisdõnem habenti sibi cõdere statuta. & sic patet ꝙ statuta iosta approbãtur de iure ciuili. & uocantur statuta ius ciuile. i. ius municipale illius loci. alter simpliciter loquendo appellatione iuris ciuilis, intelligit de iure ciuili Romanorũ.

b In gl. in uer. ius ciui. dum dicitur quod iuri naturali detrahitur ꝑ usucapionẽ. dic quòd illa gl. reprehenditur in hoc ꝑ Iac. de Are. Alb. & Bal. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. quia presupponit ꝙ de iure naturali primæuo esset darẽ meum & tuum, qđ est falsum, qa distinctio dominiorum est de iure gent. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu.

iu. Salua tu glo. quòd imò per usucapionem detrahitur iuri naturali primæuo in hoc:cum.n.eo iure omnia essent cõia detrahitur illi solum per usucapionem Potes tamẽ secundum præfatos Doct. magis expeditè exemplificare in educatione liberorũ, quæ est de iure naturali primæuo, quo iure educatio erat indiffe-rens, quia illi detrahitur per ius ciuile, ut filium. si parentes idonei sint, alimentare cogantur, arg. l. si quis a liberis. §. sed si filius, cum concor. ff. de libe. agn.

c Et dum gl. dicit quod parendum est parentibus & patriæ, adde tex. illum notab. in l. j. §. & generaliter. ff. de uen. in pos. mitt. quẽ reputat singularem Bal. in l. matres, ad senatuscons. Ter.

d Adde etiam, ꝙ propulsare iniuriam est de iure gentiũ. quod sanè intellige, quia ipsa propulsatio, & sic defensio, est de iure naturali, quia competit & brutis. l. 1. §. cum arietes. ff. si quad. pau. fec. dica. & l. 4. ad l. Aquil. sed defensio & repulsio cum moderamine inculpatæ tutelæ, & sic forma ipsa est de iure gentium, quæ forma dat esse rei, ideo &c. l. Iulianus. § si quis. ff. ad exhi.

SVMMARIVM.

1 *Ius constat ex scripto & non scripto, & ideo ius scriptum in sex partibus consistere manifestum est.*
2 *An scriptura sit necessaria ad substantiam legis.*

a Constat. a Non summatur, q a diuidendo &
diffiniẽdo ꝓcedit. Sed diuiditur in
duas. Nam in prima diuidit ius ciuile. In secunda diui
sionis membra ꝓsequitur. Secunda ibi, scriptum. Illa
secunda hẽt plures partes, q̃ de se notę sunt, ideo ali-
ter non diuido. Ibi, apud Grecos, q utebãtur iure scri
pto & non scripto. Ibi, placuit. i. aio cõdendæ legis. Ibi
indulsit. i. remisit. Ibi, ius honorarium. i. ius ꝑtorium.
1 No. primo, † constare ius nostrũ ex scripto & non scri
pto. conc. l. de quibus. ff. de legib. No. scd̃ò, ꝙ sex sunt
particulæ q̃ clauduntur sub iure scripto, ut est lex, ple
biscita, senatusconsulta, Principum placita, &c. Item
no. quid sit lex, quid sint plebiscita, q d senatusconsul
ta, ut ex litera colligitur. Item no. ꝙ plebs differt à po
b pulo tanq̃ spẽs à gñe: b & tanq̃ pars sub toto, ita plebs
c clauditur sub populo c tãq̃ sub uno tali. In fi. glo. ĩ ver.
lex. licet Doc. ita pertrãseãt, ego non arbitror hic & ibi
d legẽ pariter diffiniri: d nã licet hic lex diffiniatur, illud
fit per cãs efficientes, & in esse legẽ ꝓducentes: decla-
rat. n. qualiter & à quibus in eẽ lex ꝓducit. Sed in l. j.
diffinit legem ꝑ q dditatẽ & substãm legis, & ꝑ effectus,
qui ex ea sequuntur, nã aliqñ quid diffinit per cãs ef-
ficiẽtes ut hic. Aliqñ per quidditates, & substãm rei, ut
d. l. j. Aliqñ per effectus ex iure insurgentes, vt l. liber
tas. ff. de sta. ho. & infra de iure perso. §. 1. Sed hic dubi
2 tatur. † an scriptura sit necessaria ad substãm legis? & ar
guit ꝙ sic. Primò per istũ textũ, nã lex cõcludit sub iu
re scripto, ergo necessaria ẽ scriptura. Secundò, hoc
ꝓbatur in, l. humanum. C. de legib. in verbo dictari,
e e quod exponitur. i. scribi. Tertiò probatur, in senten
f tia iudicum requiritur scriptura, f lege, hac l. & l. fi.
C. de sent. ex breui. recit. ergo & in lege, q̃ ẽ sententia
Principum. Quartò, quia si non requireretur scriptu
ra, iam nulla esset dr̃ia inter legem & consuetudinẽ à
populo Ro. apꝓbatam, quod est falsum, ut hic, iun-
cto §. ex nõ scripto, infra e. & l. de quibus. ff. de legib.
Deniq; lex dicitur à lego, legis, ideo est necessaria scri
ptura. Cõtraria opi. ẽ uerior, & de iure approbatior:
quia primò in diffinitione dñr claudi oĩa requisita &
substantialia ad diffinitionẽ legis, l. oĩs bona diffini-
tio. ff. de reg. iur. Sed ita est ꝙ in nulla diffõne legi at-
tributa, reperitur mentio scripturæ, igitur &c. Secun
dò inducitur iste §. lex. Tertiò allego tex. ad literam
ultra alios, infra de rer. diui. §. singulorum. uers. ciui-
lia. ibi, & leges scribi. Ex quo not. ꝙ ante erant leges q̃
scriberentur. Non obst. quòd claudatur sub iure scri-
pto, quia lex appellatur ius scriptum, non quòd scri-
ptura sit de substã legis, sed quia emanat ad probatio-
nẽ legis. probatur in l. contrahitur. ff. de pign. Eodem
modo rñr ad l. humanũ. qđ leges dictãtur & distribuũ
tur non ad substantiãdũ ipsas leges, sed ad ꝓbãdum
eas ita latas. Non obst. quòd non esset differentia in-
ter legem & consuetudinẽ, quia rñdetur, nequaquã,
quia lex inducitur solo consensu populi, uel sacratis-
simi Imperatoris. l. 1. ff. de constitutionibus Princi-
pum. con suetudo autem inducitur ex frequentia a-
ctuum. l. de quib. ff. de legib. Non obst. quòd dicatur
lex à lego, legis, quia imo dicitur à ligo, ligas, ut C. de
g legi. l. leges sacratissimæ. g

ADDITIONES.

a Ius scriptum consistit in sex partibus hic nominatis. Hic dicit usque ad §. ex non scripto.

b An autẽ bonũ sit arg. de spẽ ad genus, ut sicut posita spẽ ponatur genus: dic ꝙ sic: l. 2. §. doli. & ibi. Bar. ff. vi bo. rap. & hoc affirmatiuè, sed negatiuè ñ, l. duob. §. si quis iurauit. ff. de iur. iu. & cũ ꝑcedẽti dicto cõc. Bar. in l. iurisgẽtiũ. §. sed si fraudãdi. ff. de pac licet arg. a genere ad spẽm affirmatiuè non procedat.

c In hoc differunt plebs & populus, quia appellatione populi cõtinentur siue existẽtes in dignitate, siue non; appellatione plebis cõtinentur solũmodò uulgares hoĩes, quod primũ limita ut limitat Pan. in c. 1. extra de ui. & ho. cle. ut uidelicet appellatione populi contineãtur existẽtes in dignitate, exceptis clericis, quia illi sub populo non intelliguntur ubi de eorũ præiudicio agitur, ut dicit ibi Pan. alle. no. ꝑ Bar. in l. 1. ff. ad mu. uide tamẽ de hoc Bal. in l. j. §. huius studii. ff. eo. qui dicit qđ sacerdotes sũt pars reip. & sunt de districtu ciuitatis, & all. no. ĩ c. fi. de rescr. ĩ 6.

d Quid sit lex, uide Bal. aliis duobus modis diffinientem in §. fi. qui incipit, In huius operis, in ti. de pace Constan.

e Sed quòd dictari non capiatur pro scribi, habes tex. in l. dictantibus. C. de test.

f Sed responde ad hoc tertium, ut ideo sit in sententia necessaria scriptura, ne iudici detur materia mutandi & corrigendi. ita dixit tex. in illa l. 2. C. de sent. ex breui cu. recit, quæ ratio cessat in legibus, quæ fiunt in publico.

g Vnum tamẽ no. ꝙ tex. ibi, senatũ uice populi. & ex l. 2. §. exactis. de ori. iur. sumpta est practica, & bona est prac. in eligẽdo plures hoĩes, q sunt de consilio ut habeãt eandẽ autoritatem, quã hẽt populus intus in statutis & reformationibus condendis, & aliis opportunis, ut uult gl. suꝑ rubr. quæ sit longa consuetu. & isti cõsiliarii hodie sunt loco decurionũ, qui olim erãt, ut dicit gl. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. ad palatiũ, uel ad aliũ locum cõsuetũ, ut l. 2. C. de decu. li. x. & l. si quidem. C de legib. li. x. & debẽt adesse duæ ꝑtes ad minus, alias non ualeret quod fieret l. noĩationes. C. de decu. & no. gl. in l. nulli. ff. quod cuiusque uniuer.

1 *Non omne quod placet principi habetur pro lege.*
2 *Placita principum regulariter pro lege generali habentur.*
3 *Edicta prætorum habent uim legis.*
4 *An Populus Romanus possit hodie condere legem generalem.*
5 *Qualis populus possit statuta condere.*
6 *Quale collegium possit condere statuta.*
7 *Quales iudices possint statuta condere.*
8 *An Doctores habentes iurisdictionem in scholares, possint statuta penalia condere.*
9 *An statutum liget & obliget ignorantem.*
10 *Quatuor sunt signa quibus cognoscitur an lex aliqua sit generalis uel nõ.*
11 *Quomodo priuilegium personę tributum extendatur ad aliam personam, uel non extendatur, quod infertur ad bimembrem quæstionem.*

§. Sed & quod Principi.

a Notan. id, quod placet Principi haberi pro lege. a
quod uerum intelligite, quod sibi placet aĩo legis
1 condendæ. Nam † non omne quod placet Principi,
habetur

habere pro lege.l. ex stipulatione.C. de sent.Nã si ei
placet comedere, hoc non eēt lex. Ex quo aliud intel
ligitis, ꝙ uerba gñaliter ꝓlata dēnt restrigi, ne incida
mus in absurditatē. cōc. §. si quis in aliena. infra de
rer.diuis.Scd'ò no.ꝙ hæc ptás principi cócessa ꝙ pos
sit cōdere legē, fuit postq̃ lege regia ab Hortensio la
ta, uis Imperij in principē fuit translata, conc.l.j.de
cóstit.princ.Itē no. ꝙ q̃cquid Imperator cōstituit p
b epistolá, uel cognoscēs *b* decreuit, uel edicto pcepit,
c habeť pro lege. *c* Itē no. † ꝙ placita principũ hñr re-
2 gulariter pro lege gñali. *d* Hoc fallit tribus casibus.
d Primus, qñ Impator ob meritũ aliqd alicui tribuit.
Scd's, qñ ob gratiá alicui pænã remittit. Tertius, quã
do ob pietatē alicui subuenit.cōc.l.j.ff. de cōst.prin.
e Ex §.ptorũ.not. *e* ꝙ † edicta ptorũ tantá obtinēt iuris
3 autoritatē, ut uim legis habere censeãtur. No.ius pto
riũ appellari honorariũ. Itē no.ibidē, ꝙ alludendum
est uocabulo, uidebitis infra de tute.in §. j. No.in §.
rñsa prudentũ, rñsa tãtá uim ac ptãtē obtinere, vt iu
dicibus nullo pacto ab eis recedere liceat. In fi.gl.in
4 uer. cōces. colligitis duplicē opi. Primã, ꝙ † populus
Rom.hodie non posit cōdere legem gñalem. & hãc
sñiam tenuit gl.in l.non ambigitur.ff.de legib. q̃ opi
nionē seqtur Bar. & cōiter Citramōtani. Primo per
l.fi.C.de legib.Scd'o rōne, quia abdicata est à populo
iurisdictio, & in principem trãslata, ut in l. j. §. sed
hoc studiosũ.C.de uet.iu.enucl.l.j.ver.regimētis.ff.
de of. præf. præt.l. 2.§.nouissimè.ff.de orig. iur. ergo
non potuit legem condere, quia ptás l. condendæ à
iurisdictione dependet. probatur in l.j. cum gl. sua.
ff.de iur. om. iud. Tertio, quia licet olim Imperator
eligeretur à populo Rom. hodie tantum eligitur ab
illustribus & reuerendissimis uiris Alemaniæ, & sũt
tres Archiepi, unus Rex, unus Marchio, unus Dux,
unus Comes, de quibus in c.ad apostolicæ de sẽt. &
re iud. li. 6. Ergo non poterit populus hãc ptãtem
ab Electoribus tributã reuocare, regula iuris, ius no-
strũ. Quarto, qa quem Papa confirmat, nemo infir-
mat.c.2.de maio. & obe. Sed Papa confirmat Impera
torem electum, c.per uenerabilem.extra de elect.er-
go populus Ro.nōn pt infirmare. Finaliter ego alle-
go tex.in §.lex.supra eo. ubi dicitur ꝙ lex est, qd' po
pulus Ro.senatorio magistratu interrogante, ueluti
Consule constituebat: quod uerbum, constituebat,
tanquàm uerbum præteriti temporis, est abnega-
tiuum præsentis.gl.est ord.in l.4.§.lex Iulia.ff. de te-
stib. in uer. palã. aliàs in l.j. C.de rap. uirg. Contra-
riam sententiam, s. ꝙ populus Ro.hodie posit con-
dere legem gñalem, uidetur hic tenere gl. & aptius in
l.fi.C.de legi. & hãc sententiam tenuerunt Vltramó
tani, quorum opi.mihi placere cōsueuit, & in eã ego
sum procliuior. Primò per tex.rotundum in l.nō am
f bigitur.ff.de legi. *f* Secũdò per l.nouam.C.de of.pref.
præt. Tertiò, rōne, nam populus Romanus pt induce
re consuetudinem gñalem.l.de quibus.ff.de legib.er
go & statuere legem gñalem.arg.l.cũ quid. ff. si cer.
pet. Quarto, quia populus Rom.non transtulit om-
nimodã iurisdictionem in Imperatorem, sed illam
sibi concesit, ut in d.l.j.ff.de consti.prin. quod uer-
bum, concesit, significat tñ translationem usus, nō
dominium.l.arboribus.§.usufructuarius.ff.de vsufru-
ctu. ergo pōt quandocunque reuocare.l. iudiciũ sol-
uitur.ff.de iudic. Denique, quia licèt populus Rom
cōcesserit primo Imperatori iurisdictionem, eo mo-
tuo non est acquisitum ius suo successori. *g* §.alteri.
g Inst.de inuti.stip.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.obl.
Non ob.l.fina.C.de legibus, quia ibi excludit singula
generũ, non gña singulorum. Vel respondetur ut in
gl. Non obstat ꝙ populus transtulerit, quia respon-
deo ꝙ illa uerba sunt exponenda.i.cōcesit, per hunc
textum in l.j.de constitutio.principũ. & ꝓbatur hæc
solutio in l.j. in fi. ff. de offi. eius. Non obstat quod
eligatur à Dominis de Alemania, & confirmetur
per Papam, quia huiusmodi electio, & Papę confir-
matio facta in iure cōi, non uidetur tollere ius al-
terius, xij. dist.c.præceptis, unde non uidetur tolle-
re ius populi Romani reuocandi Imperatorem. Non
ob.§.lex.quia respondetur, quòd verba præteriti tpis
sunt abnegatiua præsentis, secundum qualitatem q̃
referunt. Vñ est sensus, ꝙ lex est, &c. q̃ populus Ro-
manus constituebat iq̃ uerba notant actum consti-
tuendi, unde bene seqtur ꝙ negãt actũ, qa hodie non
constituit, non tñ negãt potentiã constituēdi de p-
senti, qa nec illã de pterito amiserãt. Si. n. qs dixisset,
lex est, q̃ populus Ro.inducere poterat, & sic notarēt
potentiã, bene negarent actum de psentij: & ita loquũ
tur contraria. Videamus breuiter, qs posit condere
5 statuta. Circa qd' dicite breuiter; † Aut talis populus
habet iurisdictionē sibi tributã à principe, vel cōsue-
tudine pscripta, & potest cōdere statuta.l.fi.ff.de pri-
uil.cre. Aut nullam habet iurisdictionem, & tunc si
uult condere statuta ad causarum decisionem, non
potest sine autoritate superioris, ut l.quoties, & l. si
quid ordinarium.C.de all.li.x. Aut condere statuta
quo ad commoda uniuersalia, ut pecunia populi ex-
pendatur, & similia, & tunc potest.l. 2.ff. de decr. ab
6 ord.fac. Quid ãt in collegio? dicite, † aut tale collegiũ
h est approbatũ, *h* & dicite ut supra in l. fi.C.de iurisd.
om.iud.l.2.de coust.pec. Aut collegiũ non est appro-
batũ; & non potest. In dubio tamen oĩa collegia præ-
sumuntur reprobata & illicita, nisi approbata repe-
riantur.l.3.§.j.ff.de colle.illicit. & est glo. ord. in ru-
br.d.tit. An iudices posint condere statuta? dicite,
† aut sunt principes, senatores, & præfecti prętorio il
7 lustres, ut est illustrissimus Dux Mediolani, &
tunc possunt. l.Romanum. C. de of. pref. præt. aut
sunt medioeres, & tunc aut hēnt iurisdōnem per
petuam, ut Marchiones, epi, archiepi, & si. & possunt
in diœcesi sua.c. ut aĩarum, de consti.li.6.alias focus.
Aut sunt iudices inferiores, ut sunt potestates terra-
rum, & non possunt sine consensu populi, ut in rub.
C. commina, uel episto, & habere in l. j. ff. de legi.
8 Hinc est quod dicit Bar. † ꝙ licet nostri Doctores ha
beant iurisdōnem approbatã in scholares, ut ha-
betur in proœ.fforũ.§.i, & in auth. habita.C.ne fil.
ꝓ pa. & habeãt etiã correctionem morũ.l.item quæri
tur.§.Iuli.ff.commo.l.sed si q̃tum.§.ad l.Aqu. non ta
men possunt facere statuta pænalia, vt puta, si quis at

taulerit vitiosum latinum, puniatur in denario, quia nõ valet, cum ob mores instruendos exactio pecuniæ fieri nõu debet. l. vnica §. placuit. C. de rei vx. act. Pœna tñ corporalis imponi potest nõ voléti obedire. gl. or. in l. liberto. ff. de obse. Queritur, an statuta obligent igno-
9 rátem? dicite, † Aut statutũ punit factum iã damnatũ à lege vel natura, & tũc ligat ignorátem. l. uulgaris. §. si quis sex. ff. de fur. l. non solũ. §. i. ff. de iniu. Rõ, quia culpa est, attentãdo rem illicitã. l. si mulier. in prin. ff. qđ me. cã. Aliqñ statutũ punit factũ à lege non damnatũ, & tunc non ligat ignorantem. l. fi. ff. de decr. ab or. fac. & est gl. or. in c. a nobis. extra de sen. exc. Cætera aũt ptinentia ad hanc materiã, dicite vt p Bar. in rep. l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fi. cath. In fi. gl. in ver. plures. dicite, facit l. metũ. §. sed qđ prætor ait. ff. q met. cã. In gl. in ver.
20 subuenit, dicite q † quatuor sunt signa cognoscendi, an lex sit gñalis, vel non. Primũ, qñ Imperator vtit̃ hoc verbo, hac gñali lege statuimus. Scđo, qñ vtitur, hac edictali lege decernimus. Tertiò, qñ vtitur hoc verbo, vnã volumus esse gñalem. Quartò, qñ scribit per vniuersum orbem, quæ omnia pbant̃ in l. leges. C. de legi. In fi. glo. in ver. transgreditur. si quæratur, an beneficiũ personæ tributũ ad aliam personam extendatur, dici-
21 te, † aut hoc priuilegium tribuitur à lege, aũt à Principe. Primo casu, aũt tribuitur inspecta qnadã naturali æquitate, & tũc egreditur personã, & ad hæredem, trãsmittitur. l. hæredes. C. ad Velle. l. nõ solũ. §. minores. ff. de minorib. Aliqñ lex tribuit priuilegiũ ex reuerentia personali, & hoc personã nõ egreditur, nec ad hæredẽ transmittitur. l. & si fideiussor. & l. si cũ vxore. ff. de re iud. Aut secũdò priuilegiũ tribuitur à principe, & hoc aliqñ tribuitur personæ, & aliquãdo tribuitur rei, aliquando tribuitur generi siue posteritati, aliquando tribuitur loco. Si tribuitur personæ, pone regulã negatiuam, q personam nõ egredit̃, vt hic, & ff. de cõst. Princ. Hæc regula primò fallit, qñdo hoc priuilegiũ esset attributũ ad petitionem partis. l. i. ff. q quisq; iur. Rõ, quia qđ æquũ pntat iste petens in persona sua, æquũ debet arbitrari in aliena, vt d. l. i. Secũdò fallit in casu l. i. C. de fru. & lit. expen. vbi pdest aduersario litiganti. Rõ, quia æquitas in iudiciis ex vtraq; parte partiũ litigantiũ ver-
m sari debet. d. l. fi. m Tertiò fallit, quando Princeps mentionem facit de hęredib. in plurali, quia tũc transmittit ad hæredes. l. sciendũ. ff. de verb. sign. l. cũ antiquitas. C. de vsufr. Si aũt tribuatur rei, tunc cõmittat̃ quæcunq;, ad quẽ res ipsa transferat̃. l. 3. ff. de cẽsi. l. sordidorũ. C. de excus. mu. patri. Si verò tribuatur generi, vel posteritati, transmittitur ad quoscunq; successores. l. i. in fi. ff. de iure immun. Hoc priuilegium non solum competit illis de illo loco, sed quibuscunq;, qui vadunt ad illũ locum. l. si nõ spãli. C. de testa. l. i. C. quemad. test. aper. l. si fundus. ff. de euict. Illis aũt de loco non competit, si locum exierunt. In dubio tñ non præsumitur priuilegium loco attributum, ita not. Bal. in l. si non spãli. C. de testam. & fa. l. fin. ff. de const. Prin. Ex quib. infertur ad qõnem bimembrem. Pone, q Papiẽsis reperiat se in ciuitate Mediolani tempore, quo ex priuilegio sancti Ambrosij Mediolanenses vescuntur carnib. an & ipse quoque Papiensis poterit vesci & comedere? Eodem modo econtra pone, q eo tempore scholaris Mediolanensis reperiat se in studio, an poterit carnes comedere? Ex his est distinguendum. Aut priuilegium B. Ambrosij est tributum loco, hoc est ciuitati Mediolani, & tunc Papiensis ibi existens poterit comedere, Mediolanensis alibi existens non. Aut fuit tributum personę, hoc est ciuibus Mediolani, & tunc Mediolanensis quocunque vadat, poterit comedere: forensis ãt ibi existens non. In dubio verò est coniecturæ locus, quòd solum loco tributum fuerit, quo fiet, vt Mediolanenses alibi existentes comedere non poterunt, forensis autem ibi existiens, comedere poterit.

ADDITIONES.

a Limita, dummodò sit iustum, ut hic per Ang. de Aret. Item limita, dummodo illud sit honestũ, per id quod pulchre uult Bal. in l. quod ex liberta. C. de ope. lib.

b Item no. in uer. uel cognoscens decreuit. quòd sententia principis habetur pro lege. Ex quo infertur illud ualde no. quod pono post Bar. in l. fi. C. de leg. ubi multa pulchra, uidelicet, q licet sententia cõtra sentẽtiã ualeat aliqñ, ut est tex. in l. 4. C. qn puo. nõ est nec & ibi no. tamẽ secus est, si ferat̃ cõtra sñiã pricipis.

c Adde etiã huic. §. sed & quod princip. q nemo presumitur priuilegiatus, nisi ostendatur priuilegium. Item q priuilegium cõcessum propter paupertatem, extinguitur auctis facultatib. l. nõ tñ. §. eos. ff. de exc. tu. & l. curã. §. deficientib. ff. de mune. & ho.

d No. ex. §. sed & qđ princip. q quatuor signis cognoscitur, an Imperatoris epistola sit facta, ut obseruetur p lege generali. Primò, si in ea dicatur, edictali, &c. put infra in gl. No. scđò, ibi, planè, q priuilegiũ psonale personã non egreditur, concor. l. i. ff. de const. Prin. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & posth. & p Dy. in reg. iu. quia psonale. de reg. iu. in 6. Fallit hoc primo, si priuilegiũ esset concessum pp naturalem & sufficientem rationẽ, ut in beneficio restitutionis minori concesso p læsionem, q trãsit ad hęredẽ. l. interdum. ff. de mino. l. ea, quæ ff. de tẽp. in integ. rest. peten. Scđò fallit in beneficio concesso marito, ne exigatur in plus quã facere põt, quod transit ad hæredem. i. filium eõem. l. et. ff. so. mar. Tertiò fallit in priuilegio pręlationis dotis cõcessę mulieri, qđ trãsit ad hæredem filiũ eiusdẽ matr. l. assiduis. §. exceptiones. C. qui po. in pig. ha. Quartò fallit, si de hæredibus in plurali in priuilegio est facta mentio, quia tunc transit ad herede hæredis. l. sciendum. ff. de uerb. sig. Secus si de eis esset facta mentio in singulari, quia tunc non trãsit, nisi ad primũ hæredẽ, si est talis res, quę de sui natura non transit ad hæredẽ. l. antiquitas. C. de usufr.

e Adde, quod pratores propriè sunt pręsides prouincię. & defensores ciuitatum sunt ut Potestates, seu Vicarij. & etiam Priores, & Antiani, item Epis. & quanto tempore præscribatur actionibus introductis ab eis, uide Bart. in l. 5. ff. de uerb. obl. & l. i. de bo. pos. item consiliarij ciuitatum. decuriones uocantur, ut uult gl. l. aliud. §. refertur. de reg. iu. & in rub. C. quę sit lon. consue.

f Dic, q loquitur cũ authoritate superioris, p l. fi. C. de leg. aliàs bene esset dubitabile, & tex. dicit nõ ambigi. Ad l. formã, dic notabiliter, q possit facere legẽ, sed nõ generalẽ. Hoc pbo incõuincibiliter. Præfectus pretorio in totũ æquiparatur Cardinali, ut est gl. approbata per omnes in l. i. in fi. ff. de off. pręfe. præt. sed Cardinalis non posset facere legẽ generalẽ, cle. ne Romani. §. i. de elec.

g Dic quod imò acquiritur successori. tex. est in l. sed & quod principi. ff. de leg. 2. & not. in d. §. si quis alii, dum glo. dicit ibi, quod Notarius, iudex, & alię publicæ personæ, possunt aliis stipulando acquirere: sed Imperator est publica persona, imò quilibet officialis est publicus, secundum Angel. de Aret. in §. i. supra titu. i. & Doct. in l. j. §. ius publicum. ff. de iust. & iu.

h Adde, q omne collegium, qđ fit ad pium actum, est appbatũ, ut inquit Bar. in l. cum senatus. ff. de reb. dub. alleg. no. in l. i. circa prin. ff. q cuiusq; uni. & dicit q collegium uerberatorum, est approbatum sub iud. seculari, nisi in eo sint aliqui clerici, uide ibi.

i An collegium possit condere statuta, uel ne, puta collegium mercatorum: dicitur in d. l. 2. in gl. C. de cõstituta pecu. quòd sic, dummodo non concernat præiudicium tertij, nam tunc non ualent, nisi sint confirmata à principe, ut uult Bar. in l. j. ff. de colleg. illic. facit §. interim. in Auth. de defenso. ciui. & quod no. Bar. in l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iud.

k Adde, q pro hoc etiam facit tex. in l. formam. C. de off. pfe. pu

& no.in l.non ambigitur.C.de legi.Et idem dicas in Cardinalib. qui æquiparantur præfectis præto.licèt non æquiparentur ad re nédas mulieres,vt dicit gl.in l.vnica,in §.pen.ff.de off. præf.præt. Et idem in Legatis sedis apostolicæ,quia eorum statuta facta in legationibus valēt & durāt,ēt finita legatiōe,vt c.fi.ex̄ de off.leg.

l Adde tamē,quòd licèt Potestas nihil possit statuere, nisi cōgregato consilio,vt supra, tamen potest facere per se ordinamēta & prouisiones pro toto suo tempore,secundum exigentiā factorū: ut,q nullus portet arma toto t.pe sui officij, nec q uadāt de nocte,uel q portās frumētū ad ciuitatē t.pe caristiæ, habeat tm̄.l.j. §.fi.ff.de offi.præfe.vrb.l.cū nouarcorum.C.de nauicular. lib.xij.

m Aduerte ad secundam fallentiam supra datam,dum assignat rationē ad l.fi.C.de fruct.& lit.expen.& dicit quòd ibi est speciale propter æquitatem iudiciorum.Cum qua sol.transit simpliciter Bar.in l.1.ff.de cōst.Prin.Multū uidetur mihi obstare.l.3.§.i. ff.quod quisq; iu.ad illam l.fi.Nam si uerum est,q æquitas in iudicijs sit seruanda,ergo uideretur q etiam si moto proprio Princeps concesserit priuilegium, uel ius iniquum alicui, q aduersarius possit uti eodem iure propter æqualitatem iudiciorū.Secundò & multum fortiter in casu d.l.fi.erat illud priuilegiū concessum motu proprio & sine postulatione,ut tex.dicit ibi in princ.& ibi,per leges,sacrasq; constitutiones,& ibi ponderat Bar.Itē erat ius iniquum:nam q uictus non condemnetur in expensis,est iniquum, & tamen illud ius iniquum obtentum sine postulatione transit ad aduersarium.Cogita, quia non uideo, quomodo illa benedicta iura concordentur,nisi teneas secundum intellectum gl.& Bar.ibi,& omnia cessabunt.

• In dubio,cui censeatur tributū priuilegium,an personæ,an rei, uel loco, uide pulchrè per Bellonum cons.xx. ou.7.cum seq.

S V M M A R I V M.

1 *Quid consuetudo.*
2 *Consuetudo legem imitatur.*
3 *Vnde originem habuerint ius scriptum,& non scriptum.*
4 *Diu appellatur de decem annis: vnde dubitatur,an consuetudo inducatur decem annis.*
5 *Longæuum tempus appellatur de decem annis.*
6 *An ad consuetudinem inducendam sufficiat binus actus.*
7 *Consuetudo duplex.*
8 *Quid differt consuetudo à præscriptione.*
9 *An error possit consuetudinem impedire.*
10 *Consuetudo generalis vincit legem.*
11 *An consuetudo,nomen suum amittat,si fuerit in scriptis redacta.*

§. Ex non scripto. Consuetudo est ius moribus introductum,q̄ pro lege seruat̄,ubi lex scripta nō reperit̄.h.d. Diuidit̄ in quatuor partes.Primò ponit,qd sit ius non scriptum.Scdò respondet tacitæ quæstioni.Tertiò remouet quoddā dubium. Quartò describit de quibus ius ptractare habeat.Scda ibi,& nō inelegāter.Tertia ibi sed naturalia.Quarta ibi, omne āt ius. No.primò,

1 quòd † consuetudo est ius non scriptum,moribus populi introductum.c.cōsuetudo.dist.i.l.d̄ qbus.ff.de legib.

2 Item no.quod † consuetudo legem imitat̄,qđ uerum intelligite,quò ad effectus:nā sicut uis legis est imparare,permittere,punire.l.legis virtus, ff.de legib.ita vis consuetudinis eadem est.Quo āt ad originem & modum in esse deducendi nō imitat̄ legem,quia lex vnico expresso cōsensu populi cōstituit̄.§.lex,sup.eo.Cōsuetudo verò dicit̄ ex frequentato actu & tacito cōsensu populi,vt hic,& in d.l.de quib.& l.2.quæ sit longa consuet.Item no. q origo rei est inspicienda. concordat l.i.ff.de contrah.emp.l.i.ff.de orig.iur.& facit,qđ hr̄ in simili,in l.qđ si nolit.§.qui mācipia.ff.de ædil.edic. Itē no.quod illud dicit̄ eleganter fieri,qđ sumit originem

3 ab optimis constōnib.Item no.quod † distinctio iuris scripti,vel non scripti,traxit originem ab illustri ciuitate Athenarum,& Lacedæmoniorum: quia Athenæ vtebantur legibus,& sic iure scripto:Lacedæmonij aūt vtebant̄ iure,seu consuetudine,& sic iure non scripto. Gl.diuturni,diuidit̄ in tres.Nā primò tractat,q̄to tpe consuetudo inducat̄.Scdo tractat,quot actus requirātur ad inducendā consuetudinem.In tertia opponit & soluit.Scda ibi, sed nunquid.Tertia ibi,nunquid ergo.

4 In ea ibi.§.Arist.venit p hūc modū.Nam ibi dicit̄,† q diu appellat̄ spatiū decē ann.& q diuturni mores consuetudinē inducūt,ergo consuetudo inducit̄ spatio x. ann.& hæc est communis opi.Sed contra oppono, & imo uidetur,q longius tps requirat̄.l.2.C.quæ sit lon.

5 consu.vbi habet̄,q consuetudo habet̄ ex longo tpe:† longæuū aūt tps appellatur cursus centū ann.l.fi.C.de sacrosan.eccl.l.fi vsusfructus.ff.de vsuf.leg.ergo requiritur tps centū annorū.Solu.aut tps refertur ad psonā hoīs,& tunc longæuū appellatur tēpus centū ann. & loquuntur contraria:aut refertur ad consuetudinē,& tunc appellatur cursus decē annorū: & loquitur hæc gl.Scdm.n.qualitatē subiecti,ad qđ verba referūtur,intelligēda sunt.l.quoties.ff.d̄ verb. sig. l. si vno. ff.loca-

a ti.a In eadē ibi,de consuetudine. c ex hac gl. colligitis

b duo.Primò, q † ad inducēdam consuetudinē requirit̄

6 b saltē binus actus cū transcursu decēnij.Sed contra

c oppo.& imo videtur q plures q̄ duo actus requirantur,vnde oppo.de l.1.2.& 3.C. quæ sit longa conf.Sol. dicunt Doct.aliqñ isti duo actus sunt notorij populo, puta tenere pōtē in strata publica,& tunc ex his inducit̄ consuetudo.Ratio,quia ex quo isti actus sunt notorii populo,facilē præsumit̄ ex his populū cōsentire.l.j. §.tractatū.ff.de aq.quo.& æstiua.l.fi.ff.de flum.Aut isti actus nō sunt notorij populo, & tunc est in arbitrio iudicis examinare quot actus requirant̄,ex quibus cōsuetudo inducat̄,arg.in l.i.de iure delibe.Scdò ex gl.colli-

d gitis,q ad inducendam consuetudinē requirunt d duo actus iudiciarij,& idem videtur tenere in l.de quibus. ff.de legib.& in rub.C.quæ sit longa consu.Sed Doct tenent cōiter contrariū,p l.cum de consuetudine. in verbo,ēt.ff.de legib.concludētes, q non solū p actus iudiciarios,sed ēt p extraiudiciarios consuetudo inducatur.Placet hæc opinio ex ratione,nā consuetudo obtinet vim & potestatē ex tacito iudicio populi,qđ iudicium ita declarat̄ ex actu extraiudiciali, sicut ex actu iudiciali.d.l. de quibus. ergo consuetudo ex actu extraiudiciali potestatē obtineret.In fi.gl. dicit esse simile,q habetur in l.licet.per gl.C.de acq. poss.Nam dicitur,q scientia inflāmat hominē,& tñ scientia non inflammat,sed superbia quæ prouenit ex sciētia,vt in gl.

e dicitur.In gl.consensu.ibi, est cōmunis consuetudo.e colligitur etymologia consuetudinis, quia consuetudo dicitur communis assuetudo.Sed cōtra hoc oppo. & imò videtur quòd consuetudo non dicatur cōmunis assuetudo,vnde opp.de l.vel vniuersorum.ff.de pi-

7 gn.act.& c.ad nostram.de contr.empt. Solu. † duplex est consuetudo:quædam est consuetudo unius hominis,vt quando dicitur,talis consueuit ita facere,vt puta fœnerari,furari,studere:& ista non est propriè consuetudo,sed appellatur assuetudo,& ita loquuntur iura contraria.Quædam est consuetudo plurium psonarum,puta vnius ciuitatis vel populi, vel vniuersitatis, & hæc propriè appellatur cōsuetudo, & ita gl.loquit̄.

8 Sed diceret quispiam,secundū hoc,† quid differt consuetudo

suetudo à præscriptione, quæ etiam causatur ex longo usu? Sol. Cõsuetudo differt in hoc, qa in his procedit, quæ nõ posset populus uno expresso cõsensu inducere: præscriptio uero procedit in his, quæ non posset populus uno expresso consensu inducere, sed requirit possessio & tpis diuturnitas, ut uidebitis infra de usu
9 f capio. In princi. In fi. glo. no. † errorem impedire consuetudinẽ. f sed contra facere uidetur l. in glo. allega. pro cuius intelligentia proponitur, & imo uĩ ꝙ consuetudo nihil operari possit. Nã aut ista consuetudo erit consona legi. & disponit idẽ qđ lex, & tunc nõ appellatur cõsuetudo, sed legis obseruantia. no. in simili, in c. j. de cõstitu. lib. sexto, in c. licet. extra de offi. ord. in l. sæpe. ff. de offi. presi. per Bal. in l. 3. ff. de leg. j. Aut ista cõsuetudo erit aduersa legi, & tunc non uidetur tenere. Nã cum lex statuat ex rõne, cõsuetudo contraria erit irrationabilis, ergo nõ consuetudo, sed corruptela appellatur. c. fi. extra de consue. Solu. aliqñ consuetudo est scdm legẽ, & disponit idẽ qđ lex, & tunc fateor ꝙ appellatur obseruãtia legis. Aliqñ est præter legẽ, & tunc propriẽ appellatur cõsuetudo. Aliquãdo est cõtra legẽ, & dic, aut talis consuetudo habet in se rõnem, uel æquitatẽ, & erit ualida: Aut nõ hẽt rõnẽ, nec æquitatem, & tunc si populus errorem induxerit, nõ erit obseruãtia, sed corruptela appellaẽ, d. c. fi. Aut populus ex certa sciã induxit, & tunc obseruabitur in illo casu, sed ad similia nõ extẽdetur, ueluti rigorosa & ita intelligitur l. in rõne. In gl. mutantur. ibi, in fi. col.
10 ligitis ex glo. ꝙ † consuetudo generalis uincit legem
g gñalem. g Sed contra oppono, & uidetur ꝙ lex sit maioris potestatis ipsa consuetudine, unde oppono de leg. a. C. quæ sit lon. consuet. Sol. si quæratur, an lex uincatur a consuetudine uel ecõtra, quæ nã ipsarũ sit maioris potestatis: distingue, aut consideramus consuetudinẽ & legẽ ex parte cõstituẽtis, & tũc lex appellatur maioris potestatis, qa producitur ab Imperatore, qui est hodie quibuscunq; populis superior: consuetudo uerò inducitur à populis, qui subsunt Imperatori. Aut cõsideramus consuetudinẽ, & legẽ ex parte cõstituti, hoc est, ipsius legis & cõsuetudinis: & tũc dico ꝙ consuetudo nõ tollit radicitus legẽ, sed tollit obseruationẽ legis in illo casu. Ex quo infertur, quòd illa poterit induci in argm̃ ad alios casus, & ita loquitur l. 2. C. quæ sit long. cõsuet. & facit cũ not. gl. in l. j. ff. de cõiun. cũ eman. lib. eius. Concludit ergo gl. ꝙ lex specialis emanatã post consuetudinẽ speciãlẽ, hẽt tollere illam cõsuetudinẽ. Sed hæc opinio reprobatur, primò per d. l. 3 in gl. alleg. in §. diuus. Scdò p c. j. de const. lib. 6. Tertio rõne, nã consuetudo est facti, & ea quæ sunt facti, probabiliter ignorantur. l. de quibus. ff. de legi. iuncto c. j. sup. alleg. Ergo princeps, qui statuit legẽ, non uidetur tollere consuetudinẽ, quã ignorat. l. tres fratres. ff. de pact. Unde distingue, aut cõstat quòd Princeps uult tollere consuetudinem, & tunc res clara ꝙ tollitur. auth. nauigia. C. de furt. Aut non cõstat, quod Princeps uult tollere consuetudinẽ, & tunc res est clara quòd non tollitur. Aut sumus in dubio, ut hic: & tunc aut cõsuetudo sequitur legẽ, & tunc lex tollitur. Rõ, quia illi qui inducunt cõsuetudinem, præsumũtur habere notitiam legis, quæ iuris est, & ab oĩbus sciri debet. l. leges. C. de legib. Aut ecõtra lex sequtur consuetudinẽ, & tunc lex non tollit consuetudinẽ, qa cõsuetudo est facti, & probabiliter ignorari pt. Fallit uno casu, uidelicet qñ lex, quæ sequitur consuetudinẽ, imponit pœnam facienti contra illã legẽ, quia tunc uĩ tollere cõsuetudinẽ. iste est tex. scdm Bal. in d. l. 3. §. diuus. Rõ ultra Bal. nã qñ lex imponit pœnã, non uĩ tollere consuetudinẽ, non ex eo qa præsumitur habere notitiã consuetudinis, sed qa imponendo pœnã dãnat factum: unde consuetudo contraria tanquã emanans super facto dãnato non est consuetudo, sed corruptela appellatur. d. c. fi. de consu. In fi. glo. dicite, ut supra di-
xi. Finaliter quo ad hanc materiam, pone ꝙ † consue 11
tudo redigatur in scriptis, an perdat nomen consuetudinis. Vĩ ꝙ sic, per istum tex. in quo ponitur cõsuetudo sub iure non scripto. Scdò, quia nulla esset differentia inter legẽ & consuetudinẽ. In cõtrariũ est ueritas, per l. imo magnæ. ff. de legib. Scdò, quia feuda licet sint in scriptis redacta, nihilominus appellantur cõsuetudines, in rubr. prima libelli feudorum. Tertiò, quia in diffinitione consuetudinis nõ ponitur scriptura. c. consuetudo. dist. j. Non ob. iste tex. qui denotat communem accidentiã facti, quia consuetudo nõ consueuit in scriptis redigi. Nec ob. ꝙ non esset differentia inter legem & consuetudinem, quia respondetur, ꝙ imò lex inducitur expresso consensu, consuetudo autem tacito consensu: quia præsumitur ex diuturnitate temporis & actuum frequentia.

ADDITIONES.

a Vide Bal. & alios Doct. facientes hanc distinct. & not. loquentes in l. 3. C. de episco. aud. & in c. cum ecclesia Sutrina, extra de cau. poss. & proprie. uide etiã in l. de quibus. & l. 2. C. de seru. & aqua.

b In quo differat consuetudo ab usu. dic quòd usus & mores sonant factum, ex quo descendit cõsuetudo, id est ius non scriptũ, secundum Bar. in l. de quibus. Quid autem, si formant libellũ super consuetudine, & in ueritate erat statutum & consuetudo? dic quòd ꝓpter ineptam propositionem reus debet absolui, sicut p ineptam actionẽ propositã. l. j. §. j. ff. si mensur. fals. mod. dixer. & l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dot. Item an consuetudo leget minorem? Dic, ut in l. tuto. §. Lucius. ff. de admi. tuto. & ibi per Bart. cætera ad materiam pertinentia uide in d. l. de quibus.

c Est tamen quædam consuetudo interpretatiua, quæ non requirit hæc omnia, ut per Bellonum consi. j.

d Adde quod quinque sunt necessaria ad inducendam consuetudinem. Primò, quòd moribus utentium uel populi, idest tacito cõsensu eorum sit introducta, ut hic: uel maioris partis populi. l. si qs à filio. § fi. de leg. j. l. quod maior. ff. ad m. unic. Et dicitur ille tacitus consensus ex moribus populi uel maioris partis, quia continue sic est obtentum sine cõtradictione, uel si est contradictum; & hoc in contradictorio iudicio conuocato concilio populi per tubam, uel campanam, ut inquit glos. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. fuit obtentum, ut in glos. in l. diutina. ff. de legib. Secundò requiritur, quòd sit cõtinuata per diuturnitatem temporis, s. decem annorum, ut in glos. in d. l. de quib. in uer. inueterata. Tertio requiritur frequẽtia actuum. l. an in totum. C. de ædificiis priuatis. & aliquando duo actus requiruntur, si sunt notorii, ut hic in glos. & apparet in hac columna. Nec est necesse, quòd sint iudiciales, & sic reprobat in hoc glos. ut hic uides; aliàs si actus non sunt notorii, debet interuenire frequentia actuũ, ut dixi, & quot actus sint sufficiẽtes, relinquitur arbitrio iudicis, arg. l. j. ff. de iure deli. Quarto requiritur, quòd hæc consuetudo sit introducta nõ errore, sed cum ratione. aliàs est corruptela. c. fin. extra de consue. l. quod non ratione. ff. de legib. Quintò, quòd sit ius non scriptum, nisi esset scriptum ad memoriam, ut l. cõtrahitur. ff. de pig. An si redigatur ad scripturam, perdat nomen consuetudinis, uide infrà in fi. §.

e Qualiter autẽ probetur cõsuetudo, dic ꝙ debet ꝓbari plenẽ, cũ sit facti, & per cõsequens possit esse certũ & dubium. l. 2. ff. de iur.

ADDITIONES.

& fac.ign. Nec ob. q ius non pbetur, nec admittantur positiones iuris, ut no. in l.2.§.q obseruari. C. de iur. cal. & cõsuetudo est iuris: ut hic, ergo non probatur, quia istud est uerum in iure scripto: nã leges generales ab omnibus sciri debent. l. leges. C. de legi. secus in iure consuetudinario non-scripto, secundũ Bart. in d.l. de quib. Et potest probari per testes & instrumenta, ut l. in exercendis. C. de fi. instr. uel per instrumẽtum actorũ, in quib. inueniuntur duæ sententię infra decem annos latæ, uel una contra negantes cõsuetudinem in cõtradictorio iudicio obtentam, ut uolunt Doc. in d. l. de quibus. & sufficit in libello asserere, ita consuetudinem esse, & postea in capitulis debent deduci ea, quę sunt ad subaudiendã consuetudinem. s. quòd à decem annis citra fuit obtentum. & consuetum per maiorem partem populi sic fieri: uel etiam in contradictorio iudicio sic iudicatum: & econtra uolens reprobare consuetudinem, debet capitulare, & de opposito probare & uide in l.3. de episcop. aud. & in d.l. de quibus.

f No. aliquas conclusiones circa materiam consuetudinis. Prima est, q uniuersitas, quæ non potest statuere. i. statutum cõdere, non potest cõsuetudinem inducere, ut probatur in d.l. de quibus. uer. nam cum. contrarię. n. sunt lex statutaria, & cõsuetudo, sicut tacitum & expressum, & sic quod nõ potest fieri tacitè, nec expressè. Et ideo si est statutum, quòd syndici uillarum teneantur denũciare maleficia, & quædam uilla per centum annos habuit consuetudinem non denunciandi, tamen hæc consuetudo nõ est temporis diuturnitate reprobata, cum de hoc non habuit potestatẽ statuendi, nisi hęc consuetudo esset expressè approbata per superiorem, ut l. fi. C. de testa. Secunda conclusio est, q ubi cõsuetudo est contra authoritatem legis superioris, quod est ubicunq; Imperator prohibet consuetudinẽ, ut C. de fur. auth. nauigia & auth. oẽs peregrini. C. comm. de success. auth. cassa. C. de sacrosan. ecc. nõ ualet cõsuetudo, quia minor cõsuetudo non tollit maiorẽ, c. cum inferior. de ma. & obe. Secus si sit disposita, aliàs nõ tenetur contra authoritatem legis, ut cũ ius cõe disponit q furiosus succedat, cõsuetudo potest disponere oppositum, & ita in similibus, & sic contra. l. stipulatio ista. §. alteri. de uerb. obl.

g In hac materia, quę uidetur mihi summè periculosa, & in qua uideo tex. multum contrarios, quicquid dicant alii, puto sic concludendum. Cum quęritur, an consuetudo tollat legem facti, uel econtra, facias duos casus principales. Aliquando consuetudo sequitur legem, & tunc si consuetudo est generalis, tollit legem ẽt generalem. l. de quibus. in fi. ff. de legi. Aut consuetudo est specialis, & lex generalis, & tunc in loco speciali municipii uincit, ita intelligo. l. uenditor. §. constat, licet Bart. in l. de quib. in 3. col. intelligat illum. §. ut loquatur in l. speciali. quod mihi non satisfacit: & ita prout ego, intelligit etiam glos. & hic, & ubique. In alio autem loco consuetudo specialis non uincit legem generalem, ita intelligo l. j. C. quę sit lon. consue. licèt ad eam fiat aliqualis restrictio: tamen ut concor. cum l. de quibus. necesse est ita intelligere. Item fit alia uiolentia de restringendo illam l. 2. in alio loco; non in loco speciali. Est uerum, quòd tex. in c. fin. de consu. ponẽs totam illam l. 2. uidetur eam intelligere, ut consuetudo non tollat legem: quod est uerum, nisi sit rationabilis & legitimè præscripta. Secundus casus principalis est, quando consuetudo pręcedit legem, & in isto casu duo iura multum uidentur cõtrariari: nã tex. in l. 2. §. diuus. ff. de sepul. uio. uidetur uelle q lex sequẽs tollat consuetudinem, & sic intelligunt illum. §. diuus, quod ibi lex esset facta post cõsuetudinem & colligunt ex tex. ibi, post rescripta principalia, ita intelligit Bar. ubiq;, & ubiq; glo. licèt tex. ille, iudicio meo, sentiat contrarium. Et in istis etiam terminis intelligũt l. fi. C. de testa. quòd illa consuetudo rusticana esset ante legem, licèt secundum Bar. in §. diuus. fiat magna uiolentia ad illam l. fin. & ille. §. diuus loquitur de statuto nõ cõsuetudinario. Istis ll. multũ obstat c. j. de consu. li. 6. Cõmuniter respõdẽt Canonistę ibi, & Bart. in d. §. diuus, & in repe. l. de quibus, quòd in illis ll. Imperator fecit mẽtionẽ de illis statutis, quę est magna diuinatio. Alii, quos refert Bar. in d. repe. l. de quibus, dicunt q si primò fuit lex, postea cõsuetudo, deinde ẽt lex, tũc bene tollit cõsuetudinẽ, quia de facili reditur, ad primum ius. ita loquitur dictus. §. diuus. Quę solutio primò est contra rationem dicti c. i. ut dicit Bar. Secundò diuinat multum, & maximè ad l. fin. Alii soluunt, ut Bald. & iste hic refert, q in. §. diuus, esset imposita poena contrafaciẽti, q est somniare. Imò & secundò fortius nõ obst. l. fin. C. de testa. quia in l. hac consultissima, quę sequitur illam cõsuetudinem rusticanã, non erat aliqua poena. Tene communem solutionem pro minus periculosa. Nescio, quid aliud dici possit in hac materia, de qua Ang. hic nullum uerbum facit.

SUMMARIUM.

1 Personæ, quibuscunque rebus sunt digniores.
2 Qualiter ius naturale tolli possit.

§. Sed naturalia. No. q iura naturalia sunt immutabilia, ciuilia ãt mutari solẽt. Itẽ no. q ius aut de psonis, aut de rebus, aut de actionib. tractat. cõcor. l. j. ff. de sta. ho. Itẽ no. à digniorib. esse inchoãdũ. cõcor. §. singulorũ. j. de rer. diui. Itẽ no. † personas quibuscunq; reb. digniores esse. gl. all. pro concor. uer. Ouidij. 1. Metamorph. [1]

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

2 In gl. sed naturalia, in fi. tenete primam solu. † quia ius naturale quò ad effectus extrinsecos tolli potest, quò uerò ad essentiam in sui totalitate a nõ põt tolli, & uide ad hoc gl. in c. à nobis. extra de deci. b

ADDITIONES.

a Adde, dum dicit, in sui totalitate. Contra hoc facere uidetur. §. minus ergo iuris. infrà, de hered. quę ab intesta. ubi etiam in partẽ nõ potest tolli ius naturale. ad idẽ posset allegari l. iura sanguinis. ff. de reg. iu iuncto. §. q autẽ. infrà de ca. dim. Sed dic, secũdũ gl. in d. c. à nobis. q una pars in totum nõ posset tolli, puta unũ capitulũ, uel pręceptũ, sed nec ẽt pars unius capituli, uel pcepti, puta de iure diuino est unum pręceptũ, Nõ occides: illud non posset in totum tolli, sed bene in aliqua parte, puta quod occidens occidatur. Dum gl. ista opponit de. §. q autem. illud cõtrarium uenit hoc modo: nam cognatio est de iure naturali. l. ius uim. in fi. ff. de iust. & iu. & tamen tollitur. d. §. quòd autem.

b Adde, quòd eodem modo ea, quę sunt de necessitate naturę, non mutantur, sed ea, quæ sunt de psumptione naturæ sic; puta q leo præsumatur ferox, & homo mãsuetus, mutari potest. l. i. §. bestias. ff. de pollu. & ibi Bart. & Dyn. in regula iuris, Semel malus. de reg. iu. in 6. & in istis, quæ de præsumptione naturę dicuntur, magis inspicitur accidẽs, quàm natura. Et ideo si sunt concessæ represaliæ contra Florentinos, non capitur Floren. qui non moratur in terra naturali. de quo uide l. i. ff. de sta. ho. Bar. in tra. represaliarum. Cõtra istum. §. sed naturalia. dum dicit, quòd omne ius, quo utimur, &c. opp. glo. in l. i. ff de sta. ho. arguendo superfluitatem, cum appellatione rei, ueniãt actiones. l. rei appel. & l. appellatione. ff. de uerb. sig. & ibi resp. glos. quòd illud fecit, ut melius quod intẽdebat, exprimeret. Puto, licèt omnes ibi, & Ange. hic, sic transeant, posse dici quòd Imperator uoluit hic diuidere ius per tractatus, hoc est, aut ad personas, aut ad res, &c. & quia diuersi sunt tractatus rerum & actionum, ideo hic diuisim ponit: & si diceres, ergo debuisset etiam dicere de obligationibus, respõdeo, q in ff non est diuersus tractatus actionũ & obligationum, imò unus, licèt hic propter iuuenes aliter factum sit. Cogita.

TITULUS III.

De iure personarum.

Hæc rub. continuatur ad præcedentes hoc ordine, quia oẽ ius quo utimur, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet, l. 1. ff. de sta. ho. §. 1. supra tit. 1. Cum ergo personæ quibuscunq; rebus sint digniores l. iustissimè. ff. de ædil. edic. l. in seruorum. ff. de pœn. ideo ab eis exordium facturus Imperator, intitulauit de iure personarum.

SUMMARIUM.

1 Libertas in tex. diffinitur per effectus, seruitus uerò per essentiam.
2 Capti ab hostibus fiunt serui hostium duobus concurrentibus.
3 Serui fiunt uel iure gentium, uel iure ciuili.
4 An oratio pluralis numeri conuertatur in suas singularitates.
5 Utrum singularitas conuertatur in pluralitatem.
6 Statuliberi qui ad quædam sunt serui, qui ad quædam sunt liberi.
7 Qui censiti & adscriptitij serui dicantur.
8 Quomodo fieri possit ut liber homo uendatur.
9 Res facilius impeditur in esse produci, quàm producta tollatur.
10 Duo, aliquando multa dicantur.

Summa. Non summatur breuius, quia diffi-
niendo, & diuidendo procedit. Sed
diuiditur in quinq; partes. Nam in prima diuidit ius
personarū. In secunda diffinit libertatem. In tertia dif
finit seruitutē. In quarta ponit etymologiā verbi, mā-
cipia. In quinta ponit conditionē seruorū. Secūda ibi,
& libertas. Tertia ibi, seruitus. Quarta ibi, serui. Quin-
a ta ibi, in seruorum. No. primò a diuisionem ꝑsonarū,
quæ talis est: quia omnes homines aut sunt liberi, aut
sunt serui. No. secundò diffinitionē libertatis, ac etiam
1 diffinitionē seruitutis: & dicebat D. Pet. quòd ꝗ hic Im
perator diffiniebat libertatem per effectus, seruitutes
autem essentialiter diffiniebat. Probabat ipse: nam fa-
cere aliquid quod alicui libet, est effectus libertatis: er
go hic diffinitur libertas per effectus suos. Eodem mō
in seruitute: nam quē subijci alterius dominio est de es
sentia seruitutis, ergo seruitus essentialiter diffinitur.
Ego verò arbitror, utranque. s. libertatē & seruitutē,
essentialiter diffiniri. Nā cū in diffinitiōe libertatis di-
citur, quòd est naturalis facultas, apertè demonstratur
essentia & quidditas libertatis, quæ in libera facultate
consistit. Illa āt verba, quæ subijciuntur, Eius quodcū
que, &c. ponuntur ad declarandum & qualificandū
essentiam libertatis, hoc est, circa quæ illa facultas uer
setur: non āt ponuntur ad demonstrandum effectus li
bertatis. Effectus enim libertatis sunt, ut actus liberi
hominis valeant, puta testamēta, contractus, quasi con
tractus, & similia: nec enim credendū est quòd hic Im
perator uoluerit essentiam diffinire, attingere, & de-
clarare. similiter & Iuriscon. in l. libertas. ff. de sta. ho.
Idem dico de diffinitione seruitutis. Nam in ea deno-
tantur duæ causæ. Prima cā efficiens, cum dixit consti-
tutio iuris gentium. Secunda cā essentialis siue natura
lis, cum dixit, quia quis alieno dominio contra naturā
subijcit̄. Effectus āt seruitutis sunt hi, ut quidquid ac
quirat seruus, domino acquirat. l. placet. de acq. hær. &
similes non ponuntur in hac diffinitione. Itē no. quòd
serui sunt appellati à seruando, non āt à seruiēdo, eo
quòd Imperatores captiuos potius seruari & uenun-
b dari iusserunt, quā occidi. b Ex alio uer. no. quòd † ca-
2 pti ab hostibus efficiuntur capientium: quod uerum
intelligite duobus concurrentibus. Primò, quod capti
fuerint in iusto bello. l. si quis in bello. §. pen. ff. de ca-
pt. Secundò, si talia bona erant propriè hostium, non
autem ab ipsis capta. l. si captiuis. §. i. ff. eo. Item no. ser-
uos appellari quoq; mancipia, quasi manu capta: & hic
est figura, quæ appellatur pleonasmos, manu capta, nō
pede. Sic alibi habetur. Nō audiet iudex auribus, in l. si
extraneus. ff. de iu. dot. & alibi. Sic est ore locuta. Item
no. in uer. serui. in uerbo, nascuntur. iuncto uer. fiunt.
quod ea q̄ nascuntur, non dicuntur fieri, sed generari.
3 Itē no. quòd † serui aut efficiuntur iure gentium, aut
iure ciuili. Iure gentium uno mō tātum, cum ab hosti
bus capiuntur, iure ciuili duplici mō. primo mō, cum
nascuntur ex ancillis. Secundo, cū hō liber maior 20.
ann. patitur se uenundari, quod qualiter intelligatur,
dicā statim in gl. Itē no. quod seruorū una est condō,
libertorum autem multæ: quia quidam sunt ingenui
quidam libertini. Ex quo aliud colligitis, quod duo, ap
pellātur multa. In gl. summa in prin. ibi. §. singulorum.

Hæc non bona, quia seruitus nedum causatur ex ipso
iure gētium, uerum ēt formaliter à iure ciuili, ut §. ser
c ui. inf. eo. c In fi. gl. Et hæc bona, q̄a breuior esse nō p̄t,
quā bimembris. Vel tenebitis primam, quia utraq; pla
cet, & communiter approbatur. In gl. nam oēs, ibi nō
est, licèt hæc orō pluralis numeri, oēs homines cōuer
tatur in hāc, oīs hō, tamē erit utiq; falsa, quod oīs hō
aut sit liber, aut sit seruus, quia hæc dictio uniuersalis,
oīs, quēcūq; hoīem cōplectit̄, arg. in l. Iulia. ff. de leg. 3.
Vnde dicite, quòd formaliter text. bene stat, ut iacet.
Ad arg. rn̄debitis, quod dictio, oīs, aliq̄do stat collecti
uè, puta, oēs Apostoli sunt duodecim, & tunc sumitur
in sensu proprio, & argumētum ꝓcederet. Aliquādo
stat distributiue, & tunc sumitur ꝓ quolibet, & argu-
d mentū tunc nō concludit. d In fi. glo. si quæratur, † an
4 orō pluralis numeri cōuertatur in suas singularitates,
& ecōtra? Dicite, quod oratio pluralis numeri resolui
tur ī suas singularitates, ut hic, & l. falsa. §. fi. ff. de cōd.
& demon. Hoc primò fallit, nisi ꝓ forma pluralitas es-
set requisita. l. 3. §. hoc. ff. qđ ui, aut clam. Secūdò fallit,
si ꝓ essentia rei pluralitas esset requisita. l. ubi nume-
5 rus. ff. de testi. Circa secūdū, † utrū singularitas cōuer-
tatur in pluralitatē, dicite, qđ cōuertitur in casu fauo-
rabili, nō autē in casu odioso. l. si quis ita. §. i. ff. de test.
tut. Ex hoc infertur ad notabilē quæstionē. Titius in-
stituit Caium, & Semproniū eius hæredes, & si uterq;
sine liberis decesserit, substituit Titiū, moriuntur am-
bo, unus relicto filio, alius nullo relicto, an substitutus
uocabitur ad partē eius, q nullum reliquit filiū? Vide
tur quòd non, quia dixit, si uterq; tamē quia illud uer
bum, uterque, resoluitur in singularitatē, hoc est, si eo
rum alter decesserit, uocabitur ad partē suā. Iste est ca-
e sus in l. hæredes mei. §. 1. ff. ad Treb. In gl. libertas, e ibi,
& diffinitione. hæc nō est bona, nā illa uerba nō sunt
de substantia diffinitionis, sed solum effectū quendā
libertatis demonstrant. Nam Iurisconſ. qui diffinit li-
bertatem, in l. libertas. ff. de sta. hom. non apposuit illa
uerba, ex qua liberi, &c. ergò non sunt de sub̄a diffini-
f ti. f In gl. iuris gentium. Videtur per hanc gl. dicendū,
quòd seruitus debet esse de iure ciuili, cum forma sit il
la, quæ dat esse rei, & ab ea debet fieri denominatio.
Sed dic hoc procedere quando actus non posset esse
sine illa forma, ut stipulatio sine interrogatione & re-
spōsione, sed seruitus bene posset esse sine ista forma
iuris ciuilis, &c. Et dum gl. dicit, quòd quoties aliquid
additur, efficitur ius ciuile rn̄de. notabiliter, quod il-
lud quod additur, efficitur ius ciuile, non āt illud cui
additur. In gl. serui, ibi, statu. lib. quia statu liber quo
ad quædā habetur ꝓ seruo, ut no. ī d. l. fi. si ex nox. cau.
6 ag. g In eadē gl. ibi censito, † appellantur g. n. censiti illi,
g qui sunt † adscripti territorio, nec possunt sine terri-
7 torio alienari, & præstant certā pensionem, sed adscri
ptitij incertam, puta ad quartam uel quintam partem
fructuum, qui producuntur ex tali territorio; ita not.
gloss. C. in qui. cau. col. lib. 11. l. 2. Ibi, censu. huic glossæ
concor. quod not. in l. 2. §. j. de ori. iur. ubi rustici appel
lant agrum suum quem colunt, quod verum est quò
ad culturam, non quo ad dominium. In fin. gloss. di-
cite, seruos quò ad matrimonium, quod contrahere
nō possunt, haberi pro mortuis. Sed singulariter colli-

gitis ex hac gl. clericos & monachos testimoniũ ferre posse, cui consona est gl. in §. cogitandũ. in Authen. de monach. In fi. gl. in ver. seruitus. no. seruitutem quo ad eius originẽ appellari de iure gentiũ, quo ãt ad formã appellari de iure ciuili, & ad hoc facit, ꝙ supra not. gl. de iure naturali, in prin. Sed dixerit quispiam, quo pacto potuit ius gentiũ aut ciuile derogare libertati, quę omnibus animalibus ab exordio rationalis creaturæ imposita est? Solu. libertas quo ad essentiã, quæ in bono & æquo consistit, tolli non potest. Nec ẽt seruitus tollitur, quia etiam in ea essentia libertas est bonũ & æquum. Item reperitur lõgè melius, & utique æquius, homines captos in seruitutẽ capi, quã mortalitatẽ incurrere. Hæc ratio probatur hic, ibi, qui etiã mancipia. quo aũt ad effectus extrinsecos, hoc est exercitũ libertatis, bene tolli põt, faciunt quæ habẽtur in l. vnica. in princ. C. de ca. tol. In fi. gl. in verbo, iure ciuili. dicite, ꝙ
h etiam hi duo *b* modi sunt de iure ciuili, nec text. iste duos alios modos denegauit, sed solũ quædã exẽpla posuit, quæ regulã nõ restringunt. l. damni infecti stip.
i pertinet. ff. de dam. infec. In glo. *i* in ver. maior, ibi. l. j.
K *K* Sed dicet aliquis, quomodo hic potest uenundari, &
l participare uere de ptio, *l* cũ statim atq; seruus factus est, hoc pretium acquisitum cedit lucro domini. l. placet. de acq. hære. Sol. arbitrarer hoc casu pretium non acquiri domino, nam ex quo uoluit lex hunc participare de pretio, intelligendũ est ꝙ uoluit cũ effectu. l. j. ff. si ager vect. uel emph. Non obst. l. placet, quia intelligitur in his, quæ quis, seruus factus, acquisiuit; sed hoc pretium acquirit non postquam est seruus factus, sed acquirit tempore quo est liber, & ad seruitutẽ progreditur. Simile dicitur, ꝙ cum quis est in ultimo uitæ spiritu, dicĩ viuẽs mori. no. gl. inf. de lege Fusia can. in verbo, morientibus, quæ dicit, idest ad mortem tẽdentib.
8 In ea. gl. ibi, libertatẽ. Sed dixerit aliquis, † qũo poterit venditio liberi hominis fieri etiam obseruata ista solẽnitate? & quod fieri non possit, arguo sic, & primo: nã liber hõ non est in commercio nostro, ergo non põt in commercium adduci. l. liber homo. l. inter stipulantem. §. sacram. de verbo. obl. §. j. infra de inutilib. stipulationibus. Præterea liber homo non est dominus mẽbrorum suorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. ergo venditio facta a non domino, non tenuit effectum. l. rem alienam. ff. de cont. empt. Præterea venditor deceptus in dimidia insti pretij potest rescindere contractum. l. 2. C. de rescin. uend. Sed hic est deceptus in pluri, quàm dimidia, quia liberum corpus æstimationem nõ recipit. l. fi. ff. de his, qui deie. vel effu. Potest respõderi, quòd hæc venditio sustinetur in virtute authoritate legis, quæ lex est domina membrorum humanorum, not. Bart. in l. Titio centum. ff. de cond. & dem. Non obst. quod liber homo non sit in commercio nostro, quia hoc sustinet propter iustam ignorantiam emptoris, & tantam solemnitatem requisitam in hoc contractu, arg. in l. diuus. ff. de in integ. rest. Ex quibus dicit Dy. quod licèt quis non possit per pactum se obligare ad carcerem, quia non est dominus membrorum suorũ, põt tamen obligari ex forma statuti, qa editũ est à Rep. quæ domina est membrorũ hamanorũ. Sed inferũt, quod isti famuli vestri nõ possunt se obligare ppetuò ad seruiendũ, quia huiusmodi promissio sapit naturam seruitutis. l. 2. ff. de lib. ho. exhi. & hoc tenuit gl. in l. post certi. C. de lib. cau. Contrarium tenuit in l. 3. ff. de furtis. & in l. cũ antiquitas. C. eo. Dic, vt ibi in fi. Non obstãt hæc iura, quia loquũtur quãdo dominus,
m ac ẽt emptor à venditore sua sponte pretiũ accipit. *m*
9 In fin. gl. Pro hoc facit, quia † facilius res impeditur in esse produci, q̃ producta tollatur: unde turpius eijcitur, quàm nõ admittitur hospes, c. quemadmodũ. extra de iureiur. l. pater. ff. de his, q̃ sunt sui, vel ali. iur. Gl. fi. in fi. respõdet huic textui, & non bene loquitur: vnde dicite, ꝙ duæ tantũ sunt cõditiones liberorũ: nã latini, & dedititij sunt hodie sublati. Item dicite, quod
10 † duo appellãtur modica, & multa, secundũ qualitatẽ
n personarum & materiæ. l. sed si susceperit. *n* ff. de ind.

DDITIONES.

a Contra hunc text. in isto notabili uidetur facere tex. infra, de libert. in princ. ubi dicitur, ꝙ imò sunt tria genera hominũ. Sed dic, quòd hic ponitur prima diuisio, alia subdiuisio ponitur in fi. huius tit. dum dicitur, quòd liberorum hominum quidam sunt ingenui, quidam libertini: si istas duas diuisiones simul ponas, cõstituentur tria genera hominum. s. liberi, serui, & libertini. quod ergo hic ponitur diuisim, ibi ponitur collectiuè.

b Et sic habes, quòd etymologia, seu allusio nocabuli, sumitur ex eo quod fieri solet, & diffinitio fit ex essentia, denunciatio fit concreti ab extracto, uel econtra, ut ab æde, ab albo, ut no. Cyn. in l. j. ff. de inst. & iure. & adde, quod dicit hic gl. in uer. seruare, quòd licèt seruus dicatur à seruando, tabellio dicitur seruus publicus, à seruiendo, ut l. non enim uliter. ff. de adopt. Et sicut per seruum acquiritur domino, ita per tabellionem acquiritur alteri. d. l. non enim, & acquirit utilem actionem facta cessione, directam uerò sine cessione, & hoc in iudicialibus. In conuentionalibus autem dic idem, ut uoluit Bar. in l. 3. ff. rem pup. sal. fo. & in d. l. nec. & debet stipulari sibi tanquam publicę personæ, quod in dubio intelligitur facere, si stipuletur sibi tanquam notarius.

c Vide pro hoc quæ habentur in l. j. ff. de rer. diui. & in l. 2. ff. de excep. doli, & in l. in summa. ff. de cõd. indeb. & in l. quod si Ephesi. §. fi. ff. de eo, quod cer. loco. Et quãdo in delictis plurale resoluatur in singulare, uide Bar. in l. 2. §. homines. ff. ui bo. rapt.

d Contrarium expressè tenet Bar. in l. hoc articulo, ff. de her. instit. Et pro expeditione huius glos. oppone, ut facit Nic. de Neap. hic contra tex. hoc modo: Vbicunque aliquid uniuersaliter proponitur, si pars uniuersalis est falsa, tota oratio redditur falsa, ut est tex. in l. si is, qui ducenta. §. utrum ff. de reb. dub. ubi inquit uniuersaliter Iurisconsf. quòd quotiescunque significatio sumitur ex uniuerso, si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. Si autem significatio sumeretur non ex uniuerso, sed ex aliquo particulari, si ueri aliquid ibi sit, totam orationem ueram efficit. Modò ad propositum. Tex. iste dicit, quòd omnes homines aut liberi sunt, aut serui. ecce qualiter, &c. ista est notabilis expeditio glos. præsentis, modò oportet in tex. quòd una pars alternatiuæ uniuersaliter sit uera, quod est falsum, ergo text. falsus.

d Circa hoc, an pluralis locutio resoluatur in suas singularitates: dic quod quãdo pluralis locutio in suo simplici sumpta est falsa, tunc resoluitur, ut hic: ubi autem ex tali resolutione resultaret diuersitas personarum, tunc non resoluitur in singularitates. Vnde si duobus substituitur, quorum unus est pupillus, alter maior, non resoluitur nisi in casu, qui possit utrique conuenire. unde resoluitur solum in uulgari substitutione, non autem intelligitur ille esse substitutus in pupillari. l. quãuis. C. de impub. & aliis subst. Quid autem, si substitutio est facta pluribus à testatore: an uno moriente, an uerò omnibus admittatur substitutio? Bar. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. dicit, ꝙ si substitutio est facta cũ adiectione nominis collectiui, puta si ambo, uel oẽs, uel utriq; non erunt hæredes, substituo talem, secũdũ propriã significationẽ uocabuli excluderẽ substitutus, ubi in psona oim extiterit cõditio; sed secundũ presumptã uoluntatẽ defuncti admittet substitutio, nisi alter hæres institutus sit: an cõcessa est res ecclesiastica duobus ita ꝙ ipsis moriẽtibus sine liberis, res reuert. an si unus moriatur sine liberis, an reuertatur, an uerò illa pars accrescat alteri socio? Spec. tenet, ꝙ accrescet alteri. ita tenet in tit. de loc. §. nunc aliqua. uers.

vers.68.Bar.tenet contrarium in l.si mihi & Titio. ff.de verb.ob. scilicet quod imò reuertatur ad ecclesiam, quia post emolumentum quæsitum, non est locus iuri accrescendi, per tex.& gl.in l.1.iuxta fi.ff.de vsufr.ac.& per tex.in c.1.de duobus fratribus de nouo beneficio inuestit.in vsib.feu.

e Pro expeditione glo.in verbo, libertas, ab extra oppono contra diffinitionem. Nam illa diffinitio competit ẽt seruis, &c. Patet de se. Item oppono de superfluitate illorum verborum, ex qua liberi vocantur, quæ non sunt in diffinitione. l.libertas, hic alleg.

f Cogita, quare prior additio velit, quòd intelligendo secundum primum intellectum diffiniatur libertas, etiam seruorum, cum illa verba, ex qua liberi vocantur, non sint de diffinitione, sed effectum quendam libertatis demonstrant: quare ergo sunt potius de diffinitione, secundum primum intellectum, quàm secundum vltimum? cogita. Et circa ea, quæ tanguntur in gl.in verbo, libertas, dum tangit hic glo. an seruus possit dici aliqua libertate liber, vide latè istum, inf. de libert. in princ. per quem poteris tenere primum intellectum glos.

g Qui dicantur adscriptitij. Dic quòd adscriptitius reddit medietatem fructuum domino, sed censitus non, sed reddit certum censum, ut uult glo.in d.l.2.

h [Vide alios modos post Bar.in l.seruorum. ff. de sta. ho. & quæ pulchrè dixi post Bar. in l. his solis. C. de reuo. do. Et dum glo. dicit de reuocatione in seruitutem propter ingratitudinem, uide textum illum no.in l.2.in fi.C.de liber.& eorum liber.& quod ibi pulchrè Bal.in fi.

i Ista gl. diuiditur in quatuor partes. In prima ponit, quæ & quot requirantur, ut homo liber possit uenundari ad pretiũ participãdum. In secunda ponit, quid sequatur, si illa requisita nõ interueniant. In tertia format questionem. In quarta aliam.

k Et dum gl.ista in quinto requisito alleg.l.2.ff.si qs liber ingen. esse di.gl.in l.& seruorũ.ff.de sta.hom.alleg.melius. ff. quibus ad lib.procla.non licet.l.pen. Et aduerte, quod secundum requisitũ est idem cum primo. Et dum dicitur de maiore xxv.annis, obstat l.benignius.ff.de liber.cau.

l Item dum ista gl.magna in ver.maior, circa medium dicit, quòd emptor non cogitur accipere pretium, cogita, per l.secundam.C. de pat.qui fil.dist.& fortius per.§.dominus noxali.infra de noxal. vbi glo.uidetur contrarium tenere, dum ita intelligit dictam l.2. in prin.ff.si quis liber ingen.esse di.hic alleg in glo. Sed potes respõdere ad d.§.dominus noxali, ut respõdet glos.in d.l.2.in princ. & ad l.2.C.de pat.qui fi.dist.quod loquitur, quando ex necessitate quis processit in seruitutem, hic quando ex uoluntate. Item ad uertendum, glos.ista in uerbo, maior, vult quòd uenditus ad pretium participandũ possit prouocare ad ingenuitatem, si reddit pretium emptori nolenti: ego dubito, licèt nemo hic, aut alibi tãgat, an illa glos. bene dicat, & credo quòd non, per illam l.homo liber.ff.de sta.homi. Nec in contrarium facit l. 2. in princ.ff. si quis liber inge.esse dic.hic allegata in glos.quia ibi dicitur, quod si pretium sit restitutum, quòd possit contendere de libertate: sed de ingenuitate uerbum nullum, nisi caperes ibi libertatem pro ingenuitate, prout capitur in l.cum pacto. ff. de liber. cau. posses forte saluare hanc glos. in hoc, per tex.in l.facta. ff.de ædil. edic.& quod ibi dicit glos. & sentit Nicol. de Neapo. hic allegando d.l.facta.

m Et dum glo.hic ante finem dicit, quòd competit utilis rei uendicatio, dic quòd imò est directa. Ita directè probat illa l.1.§.1.ff. de rei uendi.in uerbo, per hanc. Et aduerte, quòd licèt glos. ista cum qua cęteri transeunt, teneat, quòd iste non possit restitui, vel reuocari, postquam mutauit statum, tu tene contrarium per casum clarum in l.3.in princ.ff.de libe.cau. Nec ob.l.tutelas.§.si libertate. quæ lex facit errare glos.quia ibi dicitur, quòd nulli restitutioni locus est, uerum est ex illo edicto de cap.di.per rationem illius tex.& ibi Bartol.in summario: sed bene potest reuocari ex aliis remediis. de quibus hic. Pro hac etiam conclusione est casus clarus in l.2.ff.si quis liber inge.esse dicatur, in princip. Et licèt Ang.hic limitet istam meam conclusioné, nisi pater fuisset sciẽs, puto contrarium per text.in l.3.in fi.iuncta l.seq. ff. de libe. cau. nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis. Cũ ergo in illa l.3. solum excipiatur scientia patroni, ergo in aliis etiã scientibus stabit firma regula. Et est ratio diuersitatis, quia non tãtus est dolor, uel iniuria patroni, sicut patris & aliorum affiniũ. Et si dicas, si possunt reuocare, ergo iste contractus erit sine effectu. Respondeo negando, per text. in simili notabilem in l.secunda. C. de pact. inter empt. & uendi. Et ita aliàs substinui conclusionem istam publicè.

n Adde quod illa l.sed si susceperit.est ff.de iudi.& ibi glo. Et dum glossa ista allegat infra ui bon.rapt.nihil facit. Dum postea allegat.ff.eod.l.4.§.j.& 2.non intelligas ff.eod.scilicet de statu homi. quia nihil facit, sed ff. eodem, scilicèt ui bono. rapt. & ibi uide gloss.

TITVLVS IIII.

De Ingenuis.

Hæc Rub.continuatur ad præcedentes hoc ordine: Suprà tit. I. visum est de iure personarum, qualiter quædam sunt serua, quædam liberæ. Liberorum aũt hominum quidam sunt ingenui, quidam libertini. Ideo de his tractaturus, exordium facit ab ingenuis, tanquam à nobilioribus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ad consequendam ingenuitatem inspicitur conditio matris.*
2 *Si manumissio de facto facta fuerit, non facit libertinum, qui aliàs ingenuus fuerat.*
3 *In quibus filius sequatur patrem, & in quibus matrem.*
4 *Pater incertus est, mater verò certa.*
5 *Quare potius dicatur matrimonium, quàm patrimonium.*
6 *Plus mater filio prodesse potest, quàm pater.*

Ingenuus. Is est ingenuus appellandus, qui
ex duob. libertinis, vel altero li-
1 bero nascit. Ex quo † ad ingenuitaté matris cõsequẽ
dam spectaẽ conditio matris, quam sufficit fuisse libe-
ram, uel tpe conceptionis, uel tpe medio, uel tpe par
tus, h.d. Diuiditur in duas partes. Nã in prima tractat,
qualiter quis nascit ingenuus. Secundo tractat quali-
ter ingenuitas pditur. Scda ibi, cum autẽ. Prima subdi
uiditur in quinq;. Nã in prima parte ponit dictum. In
secunda illud declaratur. In tertia respondetur tacitæ
qõni. In quarta alteri qõni respõdetur. In quinta parte
deciditur incidẽs qõ. Secunda ibi, fiue ex duobus. Ter
tia ibi, & si quis. Quarta ibi, & ecõtrario. Quinta ibi,
ex his aũt. No. Summarium. Scdo nota, paria esse quo
ad ingenuitatem nasci uulgo, uel ex patre seruo. Ex
quo singulariter colligitis, quod vbi non requiritur certi
tudo personæ, si persona minus legitimè interueniat,
actum non uitiat. facit qd not.glo.sing. in l.qui testa-
mẽto.§.j.ff.de test.& in l.unica, in prin.C.de rei vx.act.
Itẽ no. calamitatẽ matris non debere nocere ei, qui cõ
ceptus est matre existente libera. Ratio, quia huic par
tui concepto iã est quæsitum ius ingenuitatis, qd nõ
debet ex calamitate matris tolli, regula iuris, quod no
2 strum. a Itẽ no. quod † manumissio emanata de facto, nõ
2 facit quẽ libertinũ, imò ingenuus est. Et fuit rõ dubi
tãdi. Nam huiusmodi manumissio tanquam priuatio
seruitutis uidebatur seruitutẽ tanq̃ habitũ præsuppo
nere. l.manumissiones.ff.de iusti.& iu. l.decẽ.de uer-
bo.oblig. Ergo manumissus erit libertinus, ut infra
tit.j.in prin. Ratio decidendi fuit, quia licèt manumis
sio interuenerit, tamen ex quo interuenit de facto,
præsupponit seruitutem fuisse de facto, ideoque in-
genuitati nõ potest de facto præiudicare, ut hic. In gl.
nascitur, ibi, l.fi. Istud est receptum in seruis Reip.ra-
tione publicæ utilitatis. Ibi, quia hoc est ẽt speciale fa-
uore Reipub. In fi.gl.oppono contra text. & glos. quod
partus non sequatur conditionem uẽtris, hoc est ma
tris, sed sequatur conditionem patris: unde oppono
de l.cum legitimè.& de l.naturæ.ff.de sta.hom. & l.j.
3 ff.ad municip. Solut.dicite, † si quæratur, cuius con-
ditionem

dicionẽ aut patris, aut matris partus sequatur, aut iste
partus est editus ex legitimo matrimonio, & tunc se-
quitur conditionẽ pr̃is: primò, quo ad familiã, & ap-
pellatur de familia, & patris parẽtela: secundò, quo ad
originẽ ciuitatis: itẽ quo ad dignitatẽ & honores, &
loquunt̃ iura contraria. Quoad ingenuitatẽ cõtrahen
dã, uel seruitutẽ incurrendã, cõsiderat̃ cõditio matris,
vt hic, l. seruorũ. ff. de sta. ho. Aut iste partus nõ est edi
tus ex legitimo matrimonio, & tunc quo ad omnia su
pra dicta sectatur conditionem matris. l. uulgo. ff. de
b sta. ho. *b* Sed dixerit quispiã, quę nã potuit esse ratio, ꝙ
partus editus ex legitimo mr̃imonio, sectatur cõditio
nẽ mr̃is quo ad ingenuitatẽ uel seruitutẽ? nã vr̃ ꝙ lex
fecerit cõtra dictamen rectæ rõnis, ita statuẽdo, cũ po
tius cõditionẽ patris, ueluti nobiliorẽ, imitari debuis-
set. l. in finalibus. ff. si. reg. §. singulorũ. j. de rer. diu. So
lũ. quidã dixere, qđ ideo inspicit̃ conditio matris, qa
4 † pr̃ incertus est, mr̃ verò certa. l. quia semp. ff. de i ius
no. Sed hæc rõ non est bona, qa non procedit in partu
edito ex legitimo mr̃imonio, quo casu is pr̃ est, quem
nuptiæ demõstrãt. d. l. qa semp §. j. vnde alij dixere, qa
mr̃ sustinet plura onera ipso pr̃e, quia filius est matri
onerosus ante partum, dolorosus in partu, & laborio
5 sus post partum: † qua rõne coniunctio maris & fœ
minæ potius matrimonium, quàm patrimoniũ ap-
pellatur. c. ex lr̃is. extra de conuer. infid. Sed hæc rõ
non est bona, quia ea attenta debuisset quo ad oĩa
condõnem matris imitari, quod est falsum, ut supra
dixi. Quare cogitaui duas rõnes. Prima est, ꝙ ideo
6 sequitur condõnem matris, quia † mr̃ plurib. tp̃ibus
põt prodesse filio quò ad ingenuitatem consequen-
dam. Nam sufficit eam fuisse liberam uel tp̃e par-
tus, uel tp̃e conceptionis, uel medio tp̃e. Si ãt inspi-
ceretur condõ patris? solùm inspiceretur tempus ge
nerationis. Proinde est statutum fauore libertatis,
ut condõ matris consideretur: quia pluribus tp̃ibus
filio põt prodesse, quàm pr̃, ut hoc tex. Secunda rõ:
nam licèt partus nascatur ex semine uiri, tñ debet
attribui loco, & p̃sonæ, ex qua nascitur. l. qua rõne. ff.
de acq. rer. do. §. qua rõne. j. de rer. diu. Vñ si mr̃ est ser
ua, partus, qui editus est, erit in dñio dñi matris: si ue-
c rò ipsa est libera, ipse erit vtiq; liber. in gl. fi. *c* opp. ab
extra. Dr̃ hic in tex. ꝙ manumissio de facto nihil ope
ratur: sed cõtra oppo. & imò vr̃ ꝙ sufficiat quid de fa-
cto fieri. l. fi. C. si mancipiũ ita fue. alie. Sol. illud est ve-
rum quo ad pęnam euitandã, quo casu licitũ est pare-
re mãdatis qualitercunq; fieri potest, & dicatis ut ibi.

ADDITIONES.

a Et dum Ang. hic ex mente Io. Fab. ponit vnũ casum, in quo na-
tus ex ancilla est liber, in l. cum inter. C. de fideic. lib. Adde tu aliũ
ualde notabilem in l. cum Syllanianum. C. de his, qui. vt indig. &
ille tex. est sing. ad tria, secundum Bar.

b Vide Bar. notabiliter in l. exemplo. C. de decurio. lib. 10. & l. a.
§. in filijs. ff. de decu. & in l. Imperialis. §. his illud. C. de nup. & qđ
ibi in gl. & per Doc. traditur de filio nato antequàm pater efficia-
tur rex. Adde, dum hic alleg. l. & seruorum. qđ est in ver. nec inter
est, an iustis nuptijs. Sed nõ uideo ullo modo, quare isto casu quæ
ratur de statu matris, cum in matrimonio legitimo non possit es-
se, nisi libera.

c Ista gl. fi. allegatur, quòd Sancti cum moriuntur, dicuntur viue
re: cui adde aliam gl. concor. quæ est de glossis sing. Do. Ludo. Ro.
in l. cum quidem. ff. de annu. leg.

TITVLVS V.

De Libertinis.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine: Supra visum est de ingenuis: verùm quia liberorum quidam sunt ingenui, & quidam libertini, vnde viso de ingenuis, sequebatur ordine cõpetenti videre de libertinis. Ideo sequitur Rubr. de libertinis.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur libertini.*
2 *Manumissio inuenta est de iure gentium.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *A proprio significatu verborum non est recedendum.*
5 *Nemo dat, quod non habet.*
6 *Locatio non transfert dominium.*
7 *Vbi verba contractus sunt dubia, debent interpretari contra stipulatorẽ.*

1 Libertini sunt. † Iure manumissus li-
bertinus appellatur; &
manumissio, quæ libertatis datio est, à iure gentium
originem tradit. h. d. Diuiditur in quatuor. Nã in pri-
ma parte determinat, qui sunt libertini. In secunda,
quid sit manumissio. In tertia manumissionem decla-
rat. In quarta tradit, quo iure inuenta fuit manumis-
sio. Secunda ibi, manumissio. Tertia ibi, nanque diu.
Quarta ibi, quæ res. No. primò, eos appellari liberti-
nus; qui ex iusta seruitute sunt manumissi.
a Itẽ no. manumissionẽ appellari dationẽ libertatis. *a*
2 Tertiò no. ꝙ † manumissio fuit inuenta de iure gẽtiũ:
qđ verũ intelligite occasionaliter, non ãt dispositiuè.
Nã ex quo ius gentiũ adinuenit seruitutẽ, fuit data oc
casio iuri ciuili reperiẽdi manumissionẽ, quæ manu-
missio de iure ciuili appellat̃. §. multis aũt, j. eo. ꝙ ius
ciuile licèt disponat circa modos manumittendi, non
tñ disponit circa libertatẽ, sed iure naturali tributam
cõseruat & custodit, ar. in l. filio. ff. de lib. & posth. in l.
3 si unus. § pactus. ff. de pac. itẽ no. ꝙ † oĩs priuatio habi
b tum *b* prius in esse productũ p̃supponit. cõcor. l. ma-
numissionẽ. ff. de iust. & iu. l. decẽ. de uerb. obl. Finali-
ter no. ꝙ licèt olim ab exordio rõnalis creaturæ uno
noĩe oẽs appellarentur. s. liberi, hodie tñ triplici noĩe
nũcupatur, aut liberi, aut serui, aut libertini. In glo. li-
bertini, ibi, prima vera. & hæc est bona. Nam si manu-
missio fuisset facta, siue emanata de facto, nõ diceretur
manumissus libertinus: sed ingenuus, ut s̃. tit. j. §. fin.
Ibi manumitti, hæc non est bona. Nam licèt q̃s fue
rit manumissus nõ sui merito, sed benignitate dñi, tñ
libertatẽ consequit̃, ut d. §. semel. In fi. hæc non bona,
quia nedũ seruitus eãtur à iure gẽtium, sed ẽt causat̃
à iure ciuili, ut s̃. de iure pers. §. serui. unde tenete pri
mã. Vel expone, iusta. i. iuridica, & nõ de facto. In glo.
datio, ibi. i. detẽtio, hãc expositionẽ Doc. cõiter cõsue
4 nerunt reprehendere, qa † à ꝓprio significatu verbo-
rũ nõ est recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. Scđò,
qa hæc expositio præsupponit, ꝙ seruus inspecto iure
primæuo ẽt hodie liber est: sed eius libertas sit seruitu
te non sublata, sed obfuscata. hoc est falsum, ut in §.
serui. suprà de iu. pers. Ego puto gl. sentire ueritatẽ.
Moueor primò, nam libertas est ius insitũ homini-
bus de necessitate ab exordio rationalis creaturæ:
seruitus autem est accidentalis actus iniunctus ho-

minibus

minibus à casu & à fortuna:ergo per eum non pôt tol
li libertas. Secúdò ego allego casum ad literá in l.si id,
quod dominus.ff.de cond.ind.Item allego casum in l.
hos accusare.§.omnibus.in verbo, communis natura.
ff.de accusa.Præterea hoc demóstratur.Ná seruus obli
gatur ex cósensu naturaliter.l.quibus diebus.§.dñs. ff.
de cond.& demon.ergo in eo est libertas circa consen
sum.l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur.Fina
liter, nonnè liberum arbitrium est tributum de iure
diuino & naturæ? ergo radicitus tolli non potest ali-
quo iure.§.sed naturalia,supra de iure natur.Non ob.
iste tex.quia debet intelligi datio,idest detectio.Ille au
tem qui detegit, non dicitur aliquid de nouo creare.Si
cut remotio nebularum non facit esse serenú, ita nec
remotio seruitutis facit quem esse liberum:sed illa nu-
becula seruitutis tollitur, qua sublata libertas seruat.
Simile uidemus in l.adeo.§.cum quis, alleg.in gl.Et ꝙ
iste fuerit intellectus literæ,probo.Nam cum Impera-
tor dixerit, ꝙ manumissio est datio libertatis, statim
posuit in vers.nam quamdiu.qualiter potest declarari
libertas,quę non est essentialiter sublata:& respondet:
Nam quádiu quis in seruitute est, manui & potestati
suppositus est,& manumissus liberatur.quasi dicat,li-
cet verè esset liber, tamen quia illa libertas erat suppo
sita manui alterius,& sic obfuscata,talis obfuscatio tol
litur ꝑ manumissionem.Nó ob.§.serui.quia responde
tur,quod quò ad effectus iuris ciuilis,seruus nullo iu-
re appellatur liber.l.placet.de acq.hær.quo aút ad effe
ctus iuris naturalis appellatur liber. d.l. quib.§. dñs.l.
Nesennius.ff.de pecu.In fi.glo.Hæc solutio non videt
5 bona,propter regulá; qua dicitur,†neminem dare,qđ
non habet.l.traditio.ff.de acquir.rer.do. Non obstant
leges allegatę in gl. quia includunt casus speciales,qui
non sunt in consequentiam deducédi.l.quod verò con
tra.ff.de legibus.Vnde Bart.in antiqua lect.dixit,quod
dominus manumittédo seruum,dat illam libertatem,
quam habet,seruo.Ad arg.ergo,quod ipse remanet ser
uus,respondet,nequaquam:nam bonum virtutis in se
diuisum recipit incremétum.l. legatis.§.ornatricibus.
ff.de le.3.Exemplum, nam si quis doceat alium, non
amittit ipse scientiam,sed & ipse doctior efficitur.Eo-
dem modo si quis habeat lumen & alij porrigat,clari-
tatem non amittit. Ita in proposito.Hæc non est bona
consequentia,quia verum est,quod bonum vniuersa-
le distributum suscipit incrementum: vnde finaliter
Bart.in noua lect.tenet glo.videlicet,quod dñs manu-
mittendo seruum dat seruo libertatem,quam ipse ha-
bebat in potentia,& illam deducit ad actum. Tolle exé
plum:Tu mihi es obligatus ad mille,liberationem tuá
non habeo in actu,sed habeo in potentia, quia possú
facere pactum de non petendo,& liberare per accepti
lationem, & sic deducere ad actum.Et sic in proposi-
to libertatem serui habet dominus in potentia dedu-
cendi,quam ex manumissione deducit ad actum,& ita
uult ver.quádiu.Tolle exemplum in l.id,quod nostrú,
de vsufr.in l.si ædes.§.libertas,de serui.rust.præd.In fi.
gl.in verbo,tria.Doct.inducunt hanc glo.ad quæstio-
né,& præsertum dicit Bar.in d.l.manumissiones.Pone,
ꝙ commodaui tibi duos equos, cum duobus equis
quos tibi commodaui promitto commodare quinq;,
an tenebor iterum commodare quinq;, an verò tres?
Et dixi ꝙ solum tres,qa cum illis tribus,illi duo primi
commodati dñr connumerari. Finaliter facit iste tex.
in uerbo,manu. quod si trado tibi domum ea lege,ne
6 exeat manus tuas,quod potes eam locare,quia† loca-
tio non trásfert dñium;.& verbum,manus,debet intel
ligi.i.dñium.l.locatio.ff.loca.de quo per gl. & Doct.in
l.codicillis.§.instituto.de leg.2. & dixit circa primum
Bar.quòd si tibi commodaui duos equos,& postea di-
xerim,cum duobus equis,quos tibi commodaui ꝑmit
to commodare quinq;, ꝙ solum quinq;,non aút septé
erunt commodandi.sed contra Bar.allego tex.in l.si is,
qui ducenta,in prin.ff.de re.dub.Scđo contra Bar.ar-
guo sic:Ná dictio,Cum,& dictio,Et, habent paré ptá
tem copulandi.l.Titio.§.nihil,de leg.j.l.illi cú illo.ff.de
vsufr.leg.Sed si dixissem, ꝑmitto tibi commodare cú il
lis duob.quos tibi commodaui,tres vel quinque,septé
intelliguntur.Ergo eodem modo si promisi sine copu
la;sed solú cú copula,Cú.Ego tñ puto Bar.bene loqui,
7 fretus róne duplici.Ná,† vbi verba contractus sunt du
bia,debet fieri interpretatio contra stipulatorem.l.ve-
teribus.ff. de pac.l.stip. ista.§.in stipulationib. de verb.
obl.Cum ergo hic verba sint dubia, fiet interpretatio
contra stipulantem.Scđò, quia tibi sufficere dét, sicut
vel in paucis, &c.l.tutori.C.de neg.ge.l.tutores.ff.de
admi.tu.Non ob.tex.in l.si is,qui ducenta.quia ibi co-
pula non respiciebat duo verba eundem actum impor
tantia,& ita tenuit Bar.in noua lect.quæ communiter
non hr.Non obs.quod dictio,Cú,stet copulatiuè,quia
rñdetur,aut dictio,Cum,ponitur inter diuersas res &
personas,& tunc dictio,Cum,stat copulatiuè,& ita lo
quuntur contraria. Aliquando ponitur inter res eius-
dem speciei,& túc stat aggregatiuè. Non sunt hic alia.

ADDITIONES.

a Contra hoc opponitur,quòd pater manumittit filium, ut in rub.ff.si quis à parente fuc.ma.& tamen dat sibi libertatem, cum sit liber,nec detegit.Sed dic,ꝙ in d.rub.exponitur manumissus.i. emancipatus,ut ibi dicit gl. per tex. expressum in l.i.§.alienatio. ff.quando act.de pecu.est annalis. Sed contra illam solu.fac.text. in l. Pantonius.in prin.ff.si quis à par.fue.ma.ubi tex.dicit,emáci patus,& manumissus.Ego puto,quòd ista sit ueritas.s.quòd de iure ffo rum filius in emancipatione dicitur manumitti,& sibi dari libertas:quia,ut dicit text.in l.liberos.§.i.ff.de capi.di. de iure ffo rum non poterat fieri emancipatio,nisi intercedente uenditione & manumissione:nam pater uolens emácipare filium uendebat eum uni,qui postea eum manumittebat, & hoc modo liberabat à patria potestate,ut est text.& ibi gl.declarat, in § præterea, inst. quib.mod.ius pat.pot.sol.Quia ergo filius in emácipatione uen-debatur,& postea manumittebatur,dico quòd sibi dabatur liber tas,cum non esset liber.Verùm quia hodie ista forma emancipa-tionis est sublata per d.§.pręterea,& l.fi.C.de emancip. lib.hodie filius non dicitur manumitti, nisi impropriè in emancipatione.

b Aliquando tamen priuatio non pręsupponit habitum.Bello. lib.2.Supput.c.17.

c Vide Bal.formantem hanc q.in castro cócesso,ita ut nó exeat manus illius,cui conceditur,in l. manumissiones. ff.de iust.& iu. dicés,ibi Bal.ꝙ in casu ꝑdicto,si quis locaret alicui potéti domú uel castrum,sine spe recuperationis,ꝙ túc diceretur exire manú, nec obseruare ꝑmissa.ad hoc alleg.tex.in l.qui habebat, de leg.3.

SVMMARIVM.

1 *Manumissio facta in ultima uoluntate minus solemni,ualet tanquam facta inter uiuos.*
2 *Seruus potest inuitus manumitti.*
3 *Quod alteri non nocet, & tibi prodest,facilè concedi potest.*
4 *Filiusfamilias inuitus non potest emancipari.*
5 *Differentia est inter ea,quæ sunt cótentiosæ et voluntariæ iurisdictionis.*
6 *Licet verba legis sint generalia, tamen restringi debent per aliam legem specialiter loquentem.*

§ Multis

§. Multis autem modis. Manumissio
potest fieri tam in uiuos, quàm in oltima uoluntate t
& quò ad actus uoluntariæ iurisdictionis exercendæ
omnis locus honestus iuridicus appellatur, hoc dicit.
Diuiditur in tres partes. Nam in prima parte ponit,
quot modis manumissio fieri potest. In secunda, quot
sunt libertinorum status de iure antiqno. In tertia re
fert ius nouissimum. Secunda ibi, libertinorum. Tertia ibi, ideoque nostra. No. summarium.

Secundò no. in verbo, multis, quod tres appellãtur
a multa, us dixi supra de iure persona. §. fi. Itẽ no. a ser
uos posse manumitti nedum in vltima voluntate, ve-
b rum etiam inter uiuos. b Itẽ no. quod licèt olim triplex
esset status libertinorum, hodie tamen unus est, quia
c omnes plena libertate utuntur. In glo. vindicta, c ibi,
nuncium. & hæc bona. In gl. in uer. quodlibet. dicite,
1 † quod manumissio facta in testamento minus solem
ni, valet ut facta inter uiuos, non autem vt facta in te
stamento, & ita tenuit glos. in l. i. §. j. C. de lati. liber. tol.
2 In gl. serui, in fi. no. † seruum ẽt inuitũ manumitti pos
se, quod põt rõne suaderi. Nã vnusquisque nascitur li-
ber. l. i. in fin. ff. de uent. insp. Vnde cum intersit Reip.
subditos hærede liberos, nimirũ si pñt inuiti manumit
ti, præterea nullũ eis præiudicium affertur, sed Reip.
3 commodũ, qđ † ergo tibi non nocet, & alteri prodest,
facilè concedi põt. l. quod ad te. ff. de euict. l. 2. §. idem
4 Neratius. de aqua plu. arc. Item no. † nec filios posse in
uitos emancipari. Rõ, quia hic non tractatur de com-
mo. vel incõmodo Reip. Ita. n. possunt filij fam. ad ho-
nores ꝓuocari, quemadmodũ filij emãcipati. facit l. fi-
liusfamilias. ff. de procu. In gl. transire, ibi, poterat, no.
d d quod ea, quæ pñt fieri sine pretore, facta corã eo ẽt
extra iudiciũ, ualẽt & tenẽt, singularis est gl. in l. q te-
5 stõ. §. j. ff. de testa. In fi. gl. no. † quod ea, quæ sunt cõten
e tiosæ e iurisdictionis, non possunt exerceri, nisi in fi-
gura iudicij, iudice ꝓ tribunali sedẽte: ea ãt, quæ sunt
voluntariæ iurisdõnis, possunt exerceri corã Prætore
f extra iudiciũ. fa. l. 2. ff. de off. ꝓcõ. & leg. In fi. gl. f in ver
bo, libertinis, si quærat, quare possunt liberti in serui-
tutẽ reuocari. dic, ut no. p gl. or. in l. manumissus. C. de
lib. & corũ lib. In fin. gl. super ver. discrimine. nò. quòd
6 † licèt verba sint generalia, restringi tamẽ possunt, &
dẽnt p aliã legem spãliter loquentẽ. concor. l. q̃uis. ff.
de in ius uoc. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. &
hon. p Bar. in l. j. ff. quod ui, aut clã. p Cano. in c. itẽ cũ
quis. extra de restit. spo. Et ideo si statutũ dictauerit,
quod cõtra instrm publicũ nulla posit opponi exce-
g ptio, põt tamẽ opponi, si in alio statuto permittatur. g

In gl. in ver. additis, & est rõ, quia dominus derelin
quendo seruum ægrotantem, uł ipsum hr̃e pro dereli
cto. l. 2. ff. de infamib. l. Thetidis. ff. pro derelicto, undè
serui ipsi occupanti conceduntur. §. quod in nullius.
inf. de rer. di. Ibi prostrauit. Et hoc prouenit propter
odium adeo prauæ mercantiæ humanę carnis, vt habe
tur in d. l. vnica. ibi processerunt, & est ratio, ne quis
defraudetur testimonio publico, & per illum text. con
suluit Bald. tempore schismaticis pro Papa prius ele-
cto, ne populus defraudaretur de testimonio publico,
h quia publicè pro Papa tenebatur. h

ADDITIONES.

a No. etiam, ꝙ manumissio potest fieri nedum in loco prophano, sed etiam in ecclesia, quia est actus uoluntarius. An autẽ alij contractus uoluntarij possint fieri in ecclesia? dic regulariter, ꝙ non, quia ecclesia est inuenta ad celebrandum diuina officia. c. licèt, extra de immu. ecc. in. 6. Fallit, nisi iste cõtractus esset ex causa pia, & etiam in legitimatione, ut d. §. quantum. quib. mo. nat. effi. legi. & l. 2. C. de his, qui in eccl. manu. Fallit secundò, ubi alter istorum contrahentium non anderet exire.

b Adde tamen, ꝙ licèt manumissio possit fieri per epistolam, ut hic non tamen potest fieri per procuratorem: reuocatio tñ in seruitutem potest fieri per procuratorem. l. per procuratorem. ff. de obseq. l. sed & hæ. §. i. ff. de procu. gl. ui l. pen. C. de lib. & cor. liber. Et cogita de ratione diuersitatis. Et aduerte, ꝙ sicut manumissio potest fieri per epistolam, ita per nunciũ. Et ratio diuersitatis inter nuncium, & procuratorem est secundũ Ang. de Are. hic, quia ille qui manumittit, debet esse actualiter dominus. l. si pater. in prin. ff. de ma. uind. ꝙ non est in procuratore: sed nuncius potest, quia nõ facit nomine suo, sed nomine dñi. l. ꝙ ante. §. fi. iuncta l. fi. ff. de consti. pecu. & gl. not. in l. multũ interest. C. si quis alteri, uel sibi. Ego puto, ꝙ rõ, quare procurator non possit manumittere, sit illa, quæ est Iuriscõsulti in l. sertius furiosi. ff. de manumt. & in l. fi. ff. de cura. fur. iuncta l. i. in prin. ff. de procu. per q̃ rationem potest cogitare rationẽ diuersitatis, quare possit reuocare in seruitutẽ, quia cõcernit commodũ pecuniarium, & sic administrationẽ, secundum gl. in d. l. sed & hæ. §. 2. & ibi Bar. in summario, & in gl. in d. l. procuratorem. & l. nec mulier cui C. de man. uind. Similiter nec adoptio, nec arrogatio potest fieri p procu. l. nec absens. & l. post mortẽ. §. fi. ff. de adop. Similiter nec emãcipatio potest fieri. l. iubemus. C. de emã. lib. ibi precibus à semet, &c. Similiter nec impetratio ueniæ ætatis. l. oẽs. C. de his, q ueniã eta. impetra. Legitimatio ãt bene põt fieri p procuratorẽ, uel filij l'imati, uel parentis, de quo p Bart. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posth. & l. executore. ff. de execu. tut. Item dispensatio põt fieri p procuratorẽ, ut l. fi. ff. de spon. & c. fi. de procu. in 6. p Bar. in l. qui, bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. Item addẽ, ꝙ manumissio potest fieri etiam apud iudicem extraordinarium. l. fi. de manu. uind. & uide de epistola in l. non epistol. C. de prob. & in l. iubemus. C. de libe.

c Aduerte ad gl. io uer. uindicta. in prin. dum dicit. i. causa cognita. licèt Doct. ita transeunt, fortè quòd gl. non bene dicit, quia ista manumissio potest fieri prætore non sedente pro tribunali. l. nec est. ff. de ma. uind. Sed ea, quæ requirunt causæ cognitionem, nõ possunt expediri, nisi à iudice sedente pro tribunali. l. 2. §. dies. ff. quis or. in bo. poss. ser. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. procon. & l. 3. §. si causa ff. de bo. poss. Nisi dicas, quòd illud sit uerum, si requiritur plena cognitio. ita sentit gl. in d. §. ubi decretũ. & glo. expressa in l. uoluit. ff. de interro. act. Sed hic non requiritur plena, per l. an apud Cel. ff. de man. uind. & nisi fortè in minore. ita saluo gl. inf. in uer. in transitu. ubi ita expressè tenet Ang. per rationem, quam ibi uide.

d Et istam glo. dicit esse singularem Bald. in l. consentaneum. C. quo. & quan. iud. in 5. col. alleg. Bal. in c. j. §. si quis uerò. de pa. iu. fir. & Bal. in l. 2. C. de iure emphy.

e Et licèt communiter, dicatur, ꝙ ea quæ redduntur in inuitum, sint contentiosę iurisdictionis, puto nõ bene dici, quia manumissio etiam redditur in inuitum. l. fi. §. 2. C. de testa. man. Et si dicas, quòd etiam fit in uolentem, dico illud esse in iudicijs, ita est tex. in l. inter stipulantem. §. i. de uerb. obl. dum dicit, etiam in inuitum, quæ dictio, etiam, est implicatiua. Dic ergò, ut dicit Bar. in d. l. 2. ff. de off. procon. & ibi etiam Bald.

gradu. dicto c. si. de consanguinitate & affinitate. sed de iure ciuili permittitur, d. §. duorũ. infra, eodem. Proxima tamẽ est tex. de iure Cano. in c. non debet. extra de consanguini. & affini. Qualiter autem gradus de iure ciuili, siue Canoni. debeant computari, uide not. per Hostien. plenè in summa, de consanguinitate, & affi. & Dyn. in tit. ff. de gradibus, & infra tit. de gradi.

f Sed aduerte, quia in istis duobus ultimis casibus multum obstat fundamentum gl. quia ars debet imitari naturam: hic esset contra, quia in primo adoptatus ex filia esset in potestate aui: in secundo natus ex filia nõ esset in potestate aui. Imo plus etiã hodie transit in familiam patris adoptantis, licèt habeatur perinde ac si non transisset, ita uidetur esse tex. in d. l. fi. in uer. iden, ibi, quasi non fuisset in alienam familiam translatus.

SUMMARIUM.

1 *Is, quem adopto, fit cognatus illis, qui sunt de cognatione mea.*
2 *Filius filiæ meæ non est de agnatione mea.*

§. Fratris. Non licet patruo, uel auunculo inire matrimoniũ cum nepte uel pronepte ex linea transuersali. Transuersalibus uerò in linea, ex latere, matrimonialiter coniungi posse permissum est, hoc dicit. No. primò, non licere nobis matrimonialiter copulare fratres, uel filiam uel nepotẽ

a ex fratre uel sorore. *a* No. regulam, ꝙ fratris prohibemur ducere neptem. Item no. ꝙ filium sororis adoptiuæ potest frater sibi matrimonialiter copulare, quia illa illi fratri non est, nec naturali, nec ciuili uinculo colligata, qđ apertè ex glo. declarabiť. No. ex uer. duorũ fratrũ filios uel sororũ, uel fratris, uel sororis, posse matrimonialiter copulari: qđ est uerũ de iure ciuili, de iure ãt Canonico secus, quod seruare debemus. c. fin. & c. non debet. extra de consangui. &

b affi. *b* Item no. non licere nobis matrimonialiter copulare, nec amitã, nec materteram etiam magnam. Finaliter no. & hæc est difficultas, ꝙ nedum amita, uerum etiam matertera non põt adoptione constitui: ꝙ

c statim explicabo in gl. pe. Glo. j. *c* Glo. in uer. ciuili iu

d re. *d* In fi. gl. in uer. materteram. *e* Dicite, hæc rõ nõ est

e bona, quia inter collaterales non est dare huiusmodi reuerentiã, ut dixi statim in §. inter eas. Vnde aliàs dixi urgentem rationem: pro cuius declaratione præ-

1 mitto, ꝙ † quando ego adopto aliquem, ille efficitur cognatus illis, qui sunt de agnatione mea. l. qui adoptionẽ. ff. de adoptio. Modò ad propositũ. Si quæratur, an patruus uel amita, auunculus uel matertera adoptione constitui possint: aut loquimur de patruo uel amita, & tunc illic indistinctè causari possunt, siue causetur adoptio in persona nepotis, siue causetur in persona patrui, uel amitæ, quia illi semper reperiuntur de agnatione adoptantis. Aut quærimus de auunculo uel matertera, & hoc est distinguendũ. Aut adoptio causatin psona nepotis, & tunc constituitur auunculus & matertera. Pone. n. ꝙ habeam filiã & filiũ, adopto aliquẽ tanquã natũ ex altera filia, iste erit nepos alteri filio, uel filiæ, quia ille filius uel filia reperitur de mea agnatione, & ita loquitur l. per adoptionẽ. §. fi. ff. de ritu nuptiarũ. Aut causatur adoptio in persona filii uel filiæ, & tunc non causatur auunculus uel matertera. Pone. n. ego habeo ex filia nepotẽ, post hoc adopto aliquem in filiũ uel filiã, iste adoptatus uel adoptata nõ erit auunculus, uel matertera filio uel filiæ meæ. Rõ,

2 quia † filius filię meę nõ est de agnatione mea. §. fi. sup.

f tit. j. Capio glo. in uer. magnã. ibi, magnus. Hæc bona. *f*

ADDITIONES.

a Imò nec proneptem, ut tex. notab. in l. sororis proneptem. in prin. ff. de ritu nuptia. licèt Ang. hic contra, & pessimè. Item no. ex hoc. §. id, ad quod uulgò iste §. allegatur, quòd quotiescũque duæ rationes, uel causæ finales tendunt ad prohibitionem alicuius actus, licèt cesset una ratio, tñ habet locum ipsa prohibitio, cõcordat gl. in. §. illud, iuncto tex. inf. eo. ad idem allegatur uulgò l. si uentri. §. in bonit. alias. §. fi. iũcta gl. ff. de priuileg. credit. de hoc est melior tex. de iure, secundum Bal. ibi, in l. si non lex Aelia Sentia. in prin. ff. de hæredib. instituen. Et uide, quod per illũ. §. in hoc proposito dixit gl. not. in l. si quis ad exhibendum ff. de exce. rei iud. & adde prædictis aliam gl. in. §. minima, in uer. uel econtra. & ibi Doct. ponderant, inf. de ca. dimin.

b Adde, ꝙ ex prædictis patet, ꝙ maior est prohibitio de iure ciuili inter collaterales ab infra, ut inter amitam & nepotem, quã inter collaterales existentes æquales, puta inter filios duorum fratrum, qui possunt simul iungi de iure ciuili. rationem sentit tex. in l. sororis proneptem. ff. eo. & ponit clarè gl. in fi. hic, in uer. magna, licèt secus de iure Cano. d. c. nõ debet. & hodie statur Canoni. & primus gradus de iure Cano. incipit à duobus fratrib. sed de iure ciuili non est dare primum gradum collateralium, quia ipsi sunt in gradu secundo, ut inf. de gradibus. §. secundo gradu. Et ratio diuersitatis est, quia de iure Canonico non recurrimus ad stipitem, in quo istæ personæ sunt unitæ: secus de iure ciuili. sed nostrũ ius ciuile obtinet quo ad successiones, ius uerò Canoni. obtinet quò ad matrimonia, ut est glo. in. §. hactenus. infrà de gradibus. Et ideo si statutum existat ꝙ adstantibus agnatis usque ad quartum gradum mater non succedat, iste gradus quartus debet computari secũdum ius ciuile, non Canonicum, quia gradus propriè est de iure ciuili: de iure uerò Cano. dicitur saltus, quia saltat de fratre in fratrem, omisso patre, de quo plenè per Doct. in l. fi. inf. de succ. edi. ubi Bar. &c.

c In gl. i. in uer. neptem. in fi. dum dicit, secus in adoptiuis. quicquid dicat hic Ang. ex mẽte Io. Fab. & Ioan. de Plat. puto quòd ista gl. bene dicat in terminis. §. quem allegat, quando per adoptionẽ nõ contrahitur cognatio: secus si contraheretur cognatio, ut quia habens filiam adoptaret filium habentem nepotem. & uide inf. in princ. huius gl. in ea gl. puto melius & clarius posse respõderi, quia aut loquimur in collateralibus ab infra, & tunc si prohibeor ducere filiam, prohibeor etiam neptẽ, aut in collateralib. æqualibus, & tunc secus. Et ratio est in primo casu propter reuerentiam, ut hic tex. in uer. item materteram. & l. soror proneptem. ff. de ri. nup.

d In gl. in uerbo, ciuili iure. adde aliam rationem, quam assignat gl. in l. si qua. §. fi. ff. de ritu nupt.

e Et quia gl. in uerbo, materteram, est summè difficilis, ut eam intelligas uide glo. in l. si qua. §. fi. ff. de ritu nup. in glo. in uersic. item si habeo duas filias. & aduerte, quia licèt Docto. aliter non reprehendant istas rationes diuersitatis positas in glo. uidelicet quòd adeo non possit per adoptionem creari auunculus uel matertera, adoptando aliquem in filium uel in filiam, quia isti adoptati tanquam maiores, imperarent nepotibus legitimis & naturalibus tanquam minoribus, & sic legitimi & naturales essent subiecti adoptiuis, quod est ridiculum, secundum gl. Videtur mihi quòd iste rationes sint falsæ: quia attentis istis rationibus pro ueris, sequeretur quòd patruus & amita non possent fieri per adoptionem adoptando aliquem in filium uel filiam: quia eodem modo isti adoptati tanquam maiores imperarent nepotibus legitimis & naturalibus, tanquã minoribus, & nepotes essent eis subiecti, & tamen istud est falsum, quia patruus & amita possunt indistinctè creari per adoptionem, siue adoptando aliquẽ in filium uel filiam, siue in neptem, ut uult ista glo. in princ. & Docto. omnes, per rationem notabilem diuersitatis, quam hic ponunt. Præterea attenta ratione glo. pro uera, sequeretur quòd hic in uer. eius uero. filius legitimus & naturalis efficeretur auunculus nepoti filio uel filiæ adoptatæ, quia esset commodum filii legitimi & naturalis, ut supra dictum est. Licet possit dici isto secundo casu, & est uerũ, quòd ideo in d. uer. eius uerò. filius legitimus & naturalis nõ efficitur auunculus nepoti filiæ adoptatæ, ꝓpter rationem, quam ponit hic gl. in uerbo, ciuiliter, quam etiam ponit hic tex. Item si uera esset ista ratio, sequeretur, quòd primum exemplum glos. positum in d. l. si qua. §. fin. esset falsum: & tamen illud approbat Ang. hic; & putat esse melius ista gl. hic.

f Et ut intelligas quæstionem huius gl. dum quærit de fratre aui materni, an dicatur patruus magnus, uide omnino gl. in. §. quarto gradu. in uer. auunculus, infra de grad.

Verba.

1 *Verba præteriti temporis, sunt abnegatiua præsentis.*
2 *Eodem tempore non licet duobus matrimonio copulari, sine infamia, nisi ratione iusti erroris.*
3 *Mulier debet relinquere secundum maritum, & adhærere primo.*
4 *Ex coniunctione illicita causatur affinitas.*
5 *Vxor non dicitur affinis marito, sed est principium affinitatis.*
6 *An ualeat uenditio uno nummo facta.*
7 *Res digna maiore pretio, uendita pro uno nummo, præsumitur donata.*

§. Affinitatis quoque.

Illa, quæ fuit priuigna, nurus, socrus, uel nouerca, nobis matrimonio copulari non pôt. Idem & multo magis si adhuc sit priuigna, nurus, socrus, uel nouerca, quia nec una plurib. matrimonio eodẽ tẽpore copulari potest. hoc dicit. Ibi, quoq; Hæc dictio, quoque, est dictio implicatiua. No. primò, ratione affinitatis a quibusdã nuptijs abstineri debere. Item no. in uer. fuit, iunctis his, quæ
a
1 sequuntur, quòd uerba præteriti temporis † sunt abnegatiua præsentis. & de hoc est gl. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de testi. Albe. uoluit in l. j. C. de rap. uirg. Item no. a nuptijs priuignæ, nurus, socrus, uel nouercæ abstinendi debere. No. rõne, quia aliæ, s. nurus & priuigna, sũt loco filiorũ: aliæ, s. socrus & nouerca sũt loco matrũ: quod uerũ arbitramur in socru, sed in nouerca secus.

Tunc cornix albescit, ubi sancta nouerca quiescit. Et alibi
Vede modo suo paret priuigna venenum.

Ad hunc tex. respondet, quòd nouerca est loco matris,
2 uel esse dẽt & si non sit. Itẽ no. quòd † eodẽ tpe nõ licet mrimonio duobus copulari, nec econuerso alioquin infamia irrogaretur. l. eũ q duas. C. de adult. Quod uerũ limitate, nisi rõne iusti erroris. Nã si mater p nuntiũ pprium certiorata falso fuerit de morte mariti absentis, pt liberè alteri copulari. auth. hodie. C. de repu. c. in pñtia. extra de sponsal. & sic eo. mõ reperitur, nupta duob. sed hæc substinetur rõne iusti erroris b sed
b
dubitat: pone qd prior maritus reuertatur, cõtracto mrimonio p uxorẽ, an adhærere poterit scđo, cui uxor erat falso mẽtita de morte primi, an uerò ad pri-
3 mũ reuerti debeat? Dicite quòd † reuerti dẽt ad primũ. c. cũ per Bellicã. 30. q. j. est gl. ord. in l. j. §. fi. de adul. & suadetur rõne. Nã licet prima facie uidereẽ matrimoniũ legitimè cõtrahi cũ secundo, tñ ex post facto detegiẽ fallacia, & reddiẽ secundũ mrimoniũ nullũ, & primũ ualidum, arg. in c. fraternitatis. extra de frigid. & malefi. Ex quo uidet dicendũ, quòd filij nati ex secundo mrimonio, cuius nullitas detegitur p aduentũ primi mariti, dicantur illegitimi & naturales. Sed cõtra est ueritas, quia sunt nati sub colore matrimonij, unde ratione iusti erroris in matre causata: Itẽ ratione erroris cõis uersantis in populo, & fauore liberorũ, legitimi sunt, & p legitimis habẽtur, ut in l. Barbarius Philippus. ff. de off. præs. in l. j. C. de testib. & est gl. ordinaria in d. l. miles. §. fi. & in d. c. cũ per bellicã. 3 † q. j. In gl. affinitatis ibi, sciendũ. Ideo dñr affines, quia unus tẽdit ad finẽ alterius, & econuerso. Ibi, si-
4 ne nuptijs. No. sing. ex gl. quòd licẽt † ex coniunctione il
c licita non causetur affinitas de iure ciuili: tñ causatur de iure Cano. p qua est tex. in c. semper. extra de eo, q cogno. cõs. uxo. suæ. Vnde; si frater tuus, uel aliquis in quarto gradu tibi cõstitutus cognosceret puellã illicitẽ, ex hac illicita cognitione causaẽ tali affinitas, quæ impedit te cũ illa matrimoniũ cõtrahere: & licẽt mu
d ti decipiant, ista est ueritas. In fi. glo. d no. quòd † uxor nõ
5 dr affinis mariti, sed principiũ affinitatis appellatur. sed mihi uř, quòd gl. malè loquatur. Primò, nã ille q tẽdit ad finẽ alterius pcopulã, appellatur affinis: sed uxor est hmõi. ergo, &c. l. non facile. §. affines. ff. de gra. Preterca, si est caput affinitatis, ergo ipsa est affinis, quẽadmodũ princeps familię appellatur de familia. l. familiæ appellatione de uerbo. signifi. Tertiò est tex. in l. nec unius. C. de hæredib. insti. nõ ob. arg. gl. si est affinis, ergo nõ pôt matrimonium inire cum marito rõne affinitatis, quia respõdetur, quòd affinitas præcedens matrimoniũ, benè impedit matrimoniũ cõtrahi, sed affinitas quæ causatur eo momento, quo causaẽ matrimoniũ, non impedit, quia non est affinitas nisi prę cedat matrimoniũ, ad hoc faciũt, quæ habentur in l. si post mortẽ. de leg. j. & quod uidistis in quæstio. de puncto, supra de his q sunt sui, uel alie. iuris. Doct. tñ
6 insequẽtes gl. inducunt illã ad q. in arg. † nunquid ualeat uenditio uno nũmo facta, qđ pbãt ipsi. Nã unus non est numerus, sed est principiũ numeri, ut hic dicitur de uxore: sed uenditio contrahi nõ potest nisi numerato pretio. §. itẽ pretiũ, infra de cont. empt. igitur &c. Vos dicite contra, per l. si usufruct. ff. de iure dot. Non obstat arg. quia dico, quòd unus pôt esse numerus, ut supra dixi. Vel uerius dico, quod uenditio causaẽ ex pretio, re uẽdita, & consensu, l. 2. §. j. de cont. emp. Non ob. §. item pretium, quia considerauit frequentiã emptionis & uẽditionis, quę potius fuerũt in plu
7 ralitate denariorũ, non aũt in uno. Fateor tñ, quòd † si una res uno nummo uenderetur digna maiori pretio, quod licẽt esset uenditio in forma, diceretur præsumpta donatio. d. l. si usufruc. & l. si donationes. ff. de cõtrahen. emp. Glo. in uer. nupta. e
e

ADDITIONES.

a No. quòd affinitas, siue nomina concernentia affinitatem & parentelam, uerificantur in præsenti & præterito: quod est uerũ, secundum Bar. quantum ad prohibitionẽ matrimonii, & nõ quò ad alia. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postulan. Et ideo statutum disponens quòd inter affines debet fieri compromissum, debet intelligi de affinitate de præsenti, per dictam l. cui eorum. §. affinitatis. Et pro hoc facit quòd priuilegium concessum personæ, tantũ durat, quantum persona, iuxta no. per Bar. in l. Titia Seia. §. usuras. de leg. 2. & per Cyn. in l. 2. C. de episcop. & cler. Alij tenuerunt oppositum per hunc §. & l. si C. de uerbo. sig. & secundum hoc intelligo dictum Bar. in l. qui iurisdictioni præest. ff. de iurisdi. om. iudi.

b Dum hic dicitur, quòd nõ licet alicui habere duas uxores, & quòd habens efficitur infamis: adde quòd idem est, si quis haberet duas sponsas, uel unam sponsam & unam uxorem. glos. est in d. l. eum, qui duas. & tex. in l. i. §. fi. ff. de infam. Et adde, quòd eodem modo habens duas concubinas est infamis, & repellitur a testimonio & dignitate. glo. est no. in §. si uerò effusa. qui est. §. antepe. in uer. exulente. in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. quam glo. pro notabili allegat Bal. sed corruptè, in l. secunda. C. de incest. nup. & ibi dicit se credere, idem esse si habeat unam uxorem & unam concubinam simul, licẽt secundum eum non seruetur de facto. Sed aduerte, quia Bar. in l. i. in fi. ff. de his, qui no. infa. dicit, quòd licẽt prohibitum sit habere duas concubinas, ut d. §. pen. & fi. in Auth. quib. mo. nat. effi. sui. non tamen est infamis, quia non est de enumeratis in d. l. i.

c An ex coniunctis illicitis causetur affinitas, uide etiam infra de gradibus. §. 1. & est glo. in l. 4. C. de nup.

d Dum allegat l. Princeps. ff. de uerb. signi. melius facit l. familiæ appellatione. ff. de uer. signifi. Adde primum, propter quod unumquodque tale & ipsum magis tale. Authen. multo magis.

C.de sacrosan.ecc.& ibi Bal. si ergo propter uxorem alij dicũtur affines, ut d.l.non facile.§.affines.ff.de grad. ergo multo magis ipsa uxor debebit dici affinis. Secundò idem iudicamus de causa causante effectum, qđ de ipso effectu.l.quo minus.ff. de flu. Adde, quòd inter sponsos & sponsas non dicitur propriè affinitas, ut no.glo.in l.quod seruus.ff.de cond. ob cau & ideo inter eos non habet locum statutum disponens inter affines, &c.& pro gl. hic posita facit gl.in l.non ideo C.de here. insti.& alia glo.in l.affinitatis.C.comm.de success.quas uide.

1 *Filius mariti ex uxore præmortua, contrahere potest matrimonium cum filia uxoris ex marito præmortuo.*
2 *Matrimonium non potest esse inter adultam & curatorem, aut filios curatoris.*
3 *Filij duorum compatrum non possunt matrimonio simul copulari.*
4 *Si uxor mea tibi sit commater, ego quoque ero compater tuus.*
5 *Clerici deferentes tonsuram & uestes ordini congruentes, gaudent priuilegio clericali.*
6 *Rapta nubit raptori de iure Canonico, ex quo uitium raptus purgatur per liberum consensum.*
7 *Quibus modis impeditur matrimonium.*
8 *An consuetudo possit aliqua disponere circa matrimonium.*

a
§. MARITI. *a* No.ex hoc §.ꝙ † filius mariti ex uxore præmortua contrahere potest
1 matrimonium cum filia uxoris *b* ex marito præmor-
b tuo. Et est ratio, quam sentit glos. quia mariti agnati non efficiuntur affines agnatis uxori, nec econuerso: uxor.n.efficitur affinis marito & omnibus agnatis
c siue cognatis *c* mariti sui, & econuerso. & sic est declarata glo. in uer.postea.ex uer.si uxor.no. ꝙ cũ spõsa filij, siue cum filia uxoris nata post cõtractum matrimonium, ex alio impeditur matrimoniũ contrahi: licèt.n.talis filia non sit priuigna, nec talis sponsa nurus, tñ de honestate ab hmõi nuptijs est abstinendũ: quædam.n.sunt prohibita, & si licita sint.l.si uxor.§.j. & l.semper.de ri.nup. No.in uer.illud. ꝙ cognatio seruitutis adfert impedimẽtum nuptijs. Item no.in uer. sunt & aliæ personæ. ꝙ bene est ut in quibuscunq; casib. enumeratis generalis clausula subijciatur.l.si ser-
d uus seruum.§.inquit.ff.ad l.Aq. *d* Glos. in uerbo, po-
e stea. *e* In fi.glo. in uer.cognationes.no.ꝙ sublato uno impedimẽto, lex non firmat actũ contra illud impedimentum.l.si non lex.ff.de hære.inst.& ibi no. In glo. sunt & aliæ.ibi.l.cum ancillis. hoc uerum de iure ciuili: de iure autem Cano. non inspicitur numerus annorum, sed potentia coeundi.c.puberes.c.de illis.ex-
2 tra, de desp.impu.Ibi.l.j. Et est rõ, quia † si permittere-
f tur *f* matrimonium inter pupillum, tutorem adultã, & curatorem, uel etiã eorum filios, esset suspicio, ne mutuo amore uiolaretur, uel remitteretur redditio
g rõnis administratæ tutelæ, ut d.l.fi. In ea. *g* gl. ibi, & l.fi.no.non posse contrahi matrimonium cũ ea, quã quis de sacro fonte leuauit. Sed qđ erit de alijs filijs?
3 Rñr, ꝙ † filij duorum cõpatrum, siue sint nati ante cõpaternitatẽ, siue post, possunt lcitimè matrimonio copulari, excepta persona eorũ, per quorum alterum ad compaternitatẽ aduentum est.c.super eo.extra de cogna.spir. Ibi, tantum non reperiatur.no.non licere cũ commatre matrimonium iure contrahere. Sed pone,
4 ꝙ † uxor tua leuauit filium Bertæ & Martini de sacro fonte, an tu quoq; efficeris compater? Dicite palam esse ꝙ sic, ratione, quia tu & uxor estis una caro. Ex quo sequitur, ꝙ si tu maritus morieris, & uxor mea, non potero matrimonio copulare mihi uxorem tuã.

c.Martinus Bertam.extra de cogna.spi. Et hoc uerũ, si tempore, quo leuauit filium tuum, erat mihi uxor: secus si non erat uxor tunc, sed postea effecta fuit.33. q.j.c.qui spũalem. Sed quid si uxor tua leuauit filium tuum de sacro fonte, ignorans esse tuum, efficitur tibi commater, nunquid debet dissolui matrimonium? Rñr ꝙ non, quia licèt ista uxor tua effecta tibi commater, teneatur coacta reddere debitum, tu autẽ coactus non teneris: quia siue hoc prouenerit ex uxoris ignorantia, siue malitia, non debet marito præiudica-
h re. casus est in c.2.extra de cogna.spiri. *h* Ibi, in fi.& hoc uerum, nisi essent clerici in minorib. ordinib. constituti: nam hi pñt contrahere matrimonium: & eo cõ-
5 tracto † si deferant tonsuram & uestes ordini congruentes, gaudent priuilegio clericali.c.j.de cle.coniu.lib.6. In fi.gl.hoc uerum, ciuili iure: de iure autem
6 Cano.ẽt † rapta nubit raptori, quia uitiũ raptus purgatur per liberum consensum.c.fi.extra de rapt.facit c.ad id, quod per tuas, extra de spon.l. 2. & 3. quod
7 me.cau. † Et sic habetis 14.modos, quibus impeditur matrimonium. Addite 15.ratione coniunctionis præcedentis.c.fi.extra de eo, qui dux.in matr.quã pol.per adul. Alius casus est simplicis uoti uel solennis: nam uotum solẽne impedit matrimonium contrahendũ, sed non dirimit iam cõtractum c.rursus.c.consuluit. ne cle.uel mo. 17. rõne disparitatis cultus. l. nequis Christia.C.de Iudæ.18.est ratione impotẽtiæ coeundi, uel concipiendi.c.j.& c.fraternitatis.de fri. & ma-
i le. *i* Impeditur autem consummari ratione temporis, quia sunt certi dies, quibus uxores duci non pñt.c.fi.
8 & ibi no.extra de fer. Finaliter quæritur, † an consuetudo possit aliquid disponere circa matrimonia. Dicite, consuetudo põt habiles ad matrimonium habilitare, sed inhabiles nõ potest habilitare.gl. est in c.quod super his, extra de cogna. spi. Vnde consuetudo non posset disponere, ꝙ in quartu gradu matrimonium contrahatur: posset tamen disponere ꝙ in quinto gradu prohibeatur.d.c. quod super his.iuncto c.quod di-
K lecto.eo. ti. K

ADDITIONES.

a Iste §. usque ad §.si aduersus.h.d.in summa. Filius mariti ex uxore præmortua contrahere potest matrimonium cum filia uxoris ex marito præmortuo. hoc primò. Et cũ filia uxoris nata post diuortiorum ex alio marito, non sunt nuptiæ contrahendæ, sicut nec cum sponsa filii, aut cum sponsa patris. hoc secundò. Et etiã seruiles cognationes impedimento sunt nuptiis.h.d.tertiò & ultimò usque ad §. si aduersus.

b Concor.tex.in l.generale.§.inter primigenos. ff.de ri.nup. & l. Titia.in prin.ff.de uerb.obl.

c Vt est tex.in c.quod super his.ext.de consang.& aff.

d No.finaliter ex isto tex.ibi, libri Digestorum.ꝙ sufficit allegare librum, licèt lex non allegetur, ut hic, & de usucap.l.rerum mixtura. Item sufficit titulum allegare, argu.C.ad legem Fal.authen.sed cum testator.& ibi no.ff.de postu.l.ult. Sic & aliàs sufficit dicere, ius est, licèt non dicat ubi, ut extra de frig. & malefi.c. r.& plenè cum his no.Spe.in titu.de dispu.aduoc.§.porrò, uide Albe.in l.i.ff.si cer.petat.ubi hoc dicit, &c. Ego puto non licere ita allegare, imò fit erubescentia, per vulgatam l.illam, C.de collа. facit tex.notab.in l.2.§.seruum. ff. de ori.iur. & §. consideremus. in Auth.de trien. & semis. iuncto eo, quod pulchrè dicit glos. in l.sed licèt.ff.de off. præsi. Nec obstant iura hic all. quia loquuntur hic in Imp. & Papa: & cum Imperator præsumatur habere omnia iura in scrinio pectoris. l. omnium. C. de testa.& eod. modo Papa.c.1. de consti. in 6. possunt allegare quomodo uolunt, quia in eis non potest cadere suspicio ignorantiæ, sed

secus

ſorus eſſet in alijs. Nec obſt §. conſideremus, præalle. quia loquitur in Imperatore nihil allegante: ſecus ſi aliquid allegaret.

e In glo. in uerbo, poſtea, in princi. dum dicit in ſecundo intellectu, quòd uerbum, Poſtea, poſſet referri ad uerbum, Habeat, & uerbum, Contracto, ſcilicet prius, intelligite prius ſcilicet quàm iſti duo contrahant matrimonium. No. ex eadem gl. in hoc §. mariti. in fi. glo. quę allegatur pro ſingulari ad hoc: uidelicet quòd agnati & conſanguinei uxoris deficiētis ex omni parentela uiri præferuntur fiſco in ſucceſſione uiri, ſicut præfertur ipſa uxor uiuens. l. i. C. unde uir & uxor. Sic & concubina præfertur fiſco, ut no. glo. in §. conſideremus in Authen. de trien. & ſemiſ. Sic & tutor præfertur fiſco in bonis pupilli, ut no. gloſ. in l. quo tutela. ff. de regu. iur. licet eam ibi reprobet Barto. Sic & unus ſocius de una ſocietate moriens ſine hæredibus, habet alium ſocium excluſo fiſco. l. 2. & l. fi. C. de hære. decur. & hanc gloſ. reputat ſingularem Ange. de Areti. hic, qui non recolit ſe uidiſſe alibi ſimilē, ſicut iſta eſt. Vide etiam Nicol. de Neapo. Imò iſta gloſ. probat unum, quod eſt ſingularius, quòd ſcilicet nedum cognati uiri, qui ſunt effecti affines uxori, ſuccedunt uxori excluſo fiſco, ſed uult ſingularius, quòd cognati uiri ſuccedant his cognatis uxoris, inter quos nulla eſt coniunctio, nec ulla affinitas: quod eſt mirabile, Cogita. Sed tamen iſta gloſ. non uult hoc, nec etiam quod dicunt Doct. id eo uide ueram eius mentem, quā dixi poſt Barto. in l. affinitatis. C. commu. de ſucceſ.

f Hoc uerum de iure ciuili, iure autem Canonico bene poteſt contrahi matrimonium. tex. habes in ca. pen. extra de ſecun. nup. Et adde, quòd nedum eſt prohibitum filio tutoris, imò etiā cuilibet hæredi etiam extraneo ipſius tutoris. tex. eſt no. in l. liberū. §. i. ff. de ritu nup. quia eſt eadem ratio, ut ibi dicit tex. Poteſt tamen tutor dare filiam ſuam in matrimonio pupillo ſuo. d. l. liberum. § tutor, qui eſt. §. fi. & l. curatorem. C. de interdi. matri. & ibi glo. ponit rationem diuerſitatis. ſuper qua tamen dubito, & tu cogitabis. Sed uide eam bene declaratam per Ang. de Are. in §. cum autem. infra quibus mod. ius pat. pot. ſolu.

g In ead. glo. ibi, quod eſt hodie correctum, ut in Authen. ut liberi de cetero, &c. An autem ſit etiam immutatum, quòd libertus maſculus poſſit accipere patronam etiam in magna dignitate poſitam? Glo. in d. l. Papia. dubitat: tamen gloſ. in Authenti. ut liberi de cetero. §. ſi quis autem, tenet expreſſe quòd ſic, ſecūdum Ange. de Are. Item aduerte circa modum gloſ. dum glo. dicit de præſide, qui non poteſt contrahere cum ſibi ſubiecto ratione iuriſdictionis: adde quòd eodem modo non poſſit conſentire filio ſuo uolenti contrahere cum ſibi ſubdita ratione iuriſdictionis, text. eſt in l. qui in prouin. in prin. ff. de ritu nup. Poteſt tamē maritare filiam ſuam in prouincia, quam adminiſtrat. text. eſt in l. ſi quis officium § fina. ff. de ritu nup. ubi gloſ. dubitat de ratione diuerſitatis. Forte poſſet aſſignari illa ratio diuerſitatis, quæ aſſignatur, quare filius tutoris non poſſit accipere pupillam, & tamen filia tutoris bene poteſt nubere pupillo, quam dixi ſuſ. huius columnæ. Item aduerte, quòd licèt præſes in aliena prouincia, ex qua non eſt oriundus, non poſſit contrahere matrimonium, tamen in ſua propria bene poteſt, caſus eſt clarus in l. eos qui, in prin. ff. de ritu nup. Ego multum dubito in hoc, nec uideo quid bene poſſit dici. Nam ratio, quare prohibeatur in aliena, eſt quia matrimonia debent eſſe libera, quæ non præſumuntur metu iuriſdictionis, nonne illa ratio militat etiam ſi ſit præſes in propria prouincia? Cogita, quia multum dubito. Itē aduerte, quia licèt non poſſit contrahere matrimonium in ſua prouincia, poteſt tamen contrahere ſponſalia: caſus eſt in l. ſi quis officium. in prin. ff. de ritu nup. Circa quod uidetur multum dubitandum, per l. oratio. ff. de ſponſ. & glo. ibi non ſoluit. Item aduerte, quòd licèt præſes non poſſit ducere uxorem, poteſt tamen ducere concubinam. l. fi. ff. de concubinis, &c. Dic melius, quòd præſes nec in ſua, nec in aliena poteſt. text. eſt in d. l. ſi quis officium. in princip. Nec obſtat d. l. eos qui in patria. quia non loquitur in præſide, ſed in eo qui eſt miles, & militat in ſua patria. & hæc eſt ueritas.

h Item aduerte circa xj. modum, dum dicit, ratione honeſtatis per §. ſed ſi uxor. ſup. eo. Iſte modus uidetur eſſe ſuperfluus, quia poſitus ſupra in quinto modo, ubi dixi prohiberi matrimonium ratione affinitatis præteritę, præſentis, & futuræ. Iſtud affinitatis futuræ, probatur etiam in illo met. §. ſed ſi uxor. & ratio prohibitionis eſt ſolum propter honeſtatem, unde aut iſte modus xi. eſt ſuperfluus, aut ille poſitus ibi in quinto.

i Item mulier nobilis non poteſt nubere monetario. l. edicimus. & Barto. in ſummario. C. de murileg. lib. xi. Item propter furorē & dementiam impeditur matrimonium contrahi, licèt contractum non diſſoluatur. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & l. oratione. §. fina. ff. de ritu nup.

K An autem ualeat ſtatutum prohibens matrimonium contrahi cum certis perſonis, uide Bal. in l. nemini. C. de nup. Et an ualeat ſtatutum diſponens, quod inter homines diuerſarum ſectarū nō contrahatur matrimonium (puta inter Guelfos & Gibellinos, ut fuit in Anchona) ſub certa pœna, & ea contrafacientes puniātur, ponit Bar. in l. edicimus. per illum tex. C. de murileg. lib. xi.

SVMMARIVM.

1 *Actus, qui fit contra legem, non ſolum non ualet, ſed perdit nomen illius actus.*

2 *Duo caſus, quibus ille, qui non erat a principio in poteſtate parentum, efficitur ex poſt facto.*

3 *Si uxor nondum uiri potens fuit ab aliquo capta, & dos ſibi tradita, an maritus lucretur fructus dotis.*

4 *Ad repetendum ob cauſam datum, inſpicitur cauſa proxima, an honeſta ſit ſiue inhoneſta, non autem cauſa remota.*

5 *Actus agendi regulantur ſecundum finem, in quem tendunt.*

6 *An filij efficiantur legitimi per matrimonium ex diſpenſatione apoſtolica contractum cum ea concubina, quam non poterat de iure communi matrimonio ſibi iungere.*

7 *Duæ ſingularitates ad eundē effectū cauſandum concurrere non poſſunt.*

§. Si aduerſus.

Qui contrahunt nuptias prohibitas, pœnis hic ex-
a preſſis ſunt puniendi. a No. primò, quòd ubi contrahit
matrimoniū cōtra leges, non appellatur propriè ma
trimoniū, ſed coitus illicitus: nec etiā appellat uxor,
1 nec maritus. Ex quo colligitur, quòd † actus qui fit cōtra
legem, non ſolum non ualet, ſed perdit nomen illius
actus. facit l. fi. C. de ſent. ex breui. reci. Item no. quòd nati
b ex illicito matrimonio, ſpurij appellantur. b Itē no. quòd
ubi matrimoniū eſt nullum, nō hēt locum dotis exa
2 ctio, nec donatio propter nuptias. Item no. † duos ca-
ſus, in quib. filij licèt non ſint in ptāte parētum ab ini
tio, efficiuntur tñ ex poſt facto. Primus, ſi filius dēt
c curiæ. c Secundus, ſi matrimonium contrahatur cum
d concubina. d In gl. ſequitur: in fi. Hæc gl. inducitur ad
qōnem, quā formauit glo. in l. ſi ante nup. ff. ſolu. ma-
3 tri. Pone, † uxor nōdū uiri potēs fuit ab aliquo capta:
tradita eſt ſibi dos, ex qua percepit fructus dotis, an
iſte maritus de facto lucret̄ fructus dotis. Iſta gl. pſtat
argm̄, quòd nō: nā ex quo nullū eſt mr̄imonium, nulla
eſt dos, ut hic: unde fructus ex dote nō extantes, non
pt lucro fieri ipſi aſſerto marito, & p hoc alleg. l. no.
quā dicit Bal. didiciſſe a Bar. in l. an in patre. ff. quod à
falſo tuto. Et hæc uerba procedūt de iuris ſubtilitate,
de æquitate tñ aliter diſtinguit̄ ex mēte glo. & Doct.
Aut iſte maritus cōtraxit matrimonium bona fide cū
iſta puella, quę ex aſpectu demōſtrabat ſe impotentē,
& tunc liquidē iſte uir ſupportauerit onera mr̄imo-
nij alimentando ipſam & induendo, & tunc lucratur
fructus ratione oneris, & iuſti erroris. l. in ſuis. §. j. ff.
ſolu. matri. l. pro onerib. C. de iure dot. l. dotis fructus.
ff. eodē. Si aūt nō ſupportaſſet, eos fructus nō lucrat̄,
ut hic. Aut cōtraxit ſciēter cum ea, quę uiri potens non
erat, & tunc ſiue ſupportauerit onera matrimonij, ſi-
ue non, rōne doli fructus nō lucratur, ita loquuntur
iura alleg. de quo in d. l. ſi ante nup. & in l. dotis fru-
e ctus, alleg. Gl. e exactioni, nō diuiditur. Colligit duas
opiniones. Prima, quòd illa q̄ dedit dotē ob mr̄imonium,
quod nullum fuit ſcienter, ſiue ignoranter, diſſoluto
coitu dotem repetere pōt condictiōne ob cām, ſiue
ſine cauſa, quam opinionem tenuit Bar. in l. auunculo.
4 lo. ff. de condi. ſine cau. Mouetur ratione. Nam † quo

ad repetendum ob cām datū, inspicitur cā proxima, an honesta sit, an inhonesta, nō āt cā remota. l. 3. §. sed qđ meretrici. ff. de cōdi. ob turp. cau. Sed cā proxima, quare mulier huic uiro aliquid numerauit, fuit causa dotis cōstituendę, q̄ est inhonesta cā, ergo repeti pōt. Nō obstat, ꝙ sit datum ob turpē cām, hoc est, ꝓ illicitè matrimonium cōtrahendū: quia rńr, nequaquā, quia potius ob cām nullā q̄ ob turpē, datum intelligitur. l. auunculo, præalleg. Alia fuit opi. glo. ut dicatur, si quidē mater sciebat matrimoniū illicitè contrahēdum, & tunc repetere non pōt; si aūt ignorabat, & repetere pōt, & hæc opinio cōiter approbatur ea rōne, quia licèt mulier numeret ꝓ dote cōstituenda, q̄ dr̄ honesta cā, tñ ex quo tendit in hunc finem, ut matrimonium illicite cōtrahatur, dr̄ datū principaliter ob
5 turpē cām, quia † actus agendi regulātur secundum finē, in quē tendūt. l. uerum. & l. qui. iniurię. & l. quod ueuerandæ. ff. de iniur. Non ob. l. auunculo, quia mulier ibi ignorabat, ius ꝓhibere talē cōtractum, unde rōne iustæ ignorantiæ repetitio permittitur. de quo dicatis, ut in d. l. auunculo. In fi. glo. instrumentis. Hęc glo. cōiter approbatur, cui concor. glo. in §. i. infra, de
6 hære. quę ab intest. defe. Sed hic cadit dubiū. † Quid si ex ea concubina, cum qua matrimonium de iure cōi tibi inire nō licuisset, filios procreaueris, postea ex di
f spēsatione *f* apostolica matrimoniū cōtraxeris, an filij efficientur legitimi dicite ꝙ nō, per istum tex. & ꝑ c. j. iuncto c. tāta. extra qui fi. sint legi. per l. j. §. cū quis.
7 C. de natura. liberis. Quod suadetur rōne. Nam † duæ singularitates ad eundem effectum causandum cōcurrere non possunt. l. cum post. §. gener. de iure dot. iuncta l. j. C. de dotis promissio. Sed hic interuenirēt duę singularitates: prima, quòd matrimonium post natiuitatem filiorum contractum retro traheretur ad tēpus, quo nondum erant nati: Secunda, ꝙ dispensatiuè contraheretur, non tñ potest retro trahi, quia extremū ad quod, est inhabile, facit l. bonorum. ff. rem ra. ha. & ita fuerunt defensati quidā de Petra mala.

ADDITIONES.

a Vel sic. nuptiæ prohibitę sunt nullæ, nec appellatur matrimonium, nec uir, nec uxor, nec filii nati sunt legitimi, sed spurii, sicut uulgo quæsiti, & dos pro tali matrimonio data non dicitur dos, nec repeti potest, sed contrahentes tales nuptias prohibitas puniuntur pœnis legalibus. h. d. usque ad §. aliquando, qui hoc dicit: Naturales tamen legitimantur dupliciter, & in potestate patris rediguntur: primò per oblationem curiæ, secundò ꝑ subsequentes matrimonium cum concubina contractum, mediantibus instrumentis dotalibus, propter quæ filii precedentes legitimantur, & postea progeniti etiam legitimi fiunt. h. d. &c.

An bastardi dicantur esse de familia, seu de domo, uel de casata patris, & an sic statuta loquentia de illis de domo, comprehendat illos? Dic ut per Bar. in l. fi. C. de uerbo. signifi. & determinat quòd non, q. a appellatione domus, accipitur familia. l. i. in prin. ff. ad Sylla. & appellatione familię, cōprehenduntur oēs de agnatione. l. pronunciato. §. familiæ. ff. de uerb. signifi. sed bastardi non sunt de agnatis. infra, de success. cog. §. uulgo. Dic ut supra.

c An autem id, quod dicitur in fi. istius tituli, quòd filii naturales efficiantur legitimi per dationem curiæ, habeat locum solū respectu patris, an uerò etiam respectu aliorum agnatorum, ut uidelicet dicatur legitimus factus successor, si moriatur unus ex fratribus naturalibus & legitimis, an uerò solum dicatur respectu successionis patris. dic quòd solū quātum ad patrem & eius successorem non autem quo ad alios, &c. ut est tex. in §. filium uerò in Authen. quib. mod. nat. effi. sui.

d Adde in fine huius tit. de nup. an per despōsationem cōcubinæ factā in articulo mortis, filii iam nati dicantur legitimati. Rich. Malum. dixit ꝙ non, quia cessat spes sobolis habendæ, quæ est cā huius legitimationis, ut est tex. no. in l. nuper. C. de natur. lib. de quo per Auge. & Floria. in l. i. ff. de probatio. Et an per instrumēta dotalia probetur matrimonium? Dic, quòd si faciant mentionem de dote, & de matrimonio, tunc probatur: secus si solum de dote, auth. sed nouo iure, in glo. C. de nup. sed bene per illa, quæ solum faciunt mentionem de dote, datur uehemens indicium, quod si matrimonium, nisi contrarium probetur, arg. l. liber. ff. de ri. nup. quia sic est consuetudo quòd talia instrumenta non fiant nisi præcedente matrimonio: & ideo id, quod est consuetum, in dubio pręsumitur esse: quia quando duo sunt, quorū unum non consueuit esse sine alio, probato uno probatur & reliquum. l. natales. C. de probat. ad quod uide Bald. in d. l. neque. C. de nupt.

e Et dum glo. ista allegat l. 1. §. fi. & l. 2. C. de condictio. ob caus. uult allegare. ff. imò est C. & materiam illius l. 1. C. de condi. ob caus. examinat Barto. in d. l. auunculo. Est bene uerum, quòd gl. in d. l. auunculo, alle. l. 1. §. fi. & l. a. ff. de condictio. ob cau. & inducit. Ego puto posse sic dici, quando datur ob matrimonium nullum, an possit repeti: aut matrimonium non sequitur, & tunc sumus in casu d. l. auunculo. in quo adhæreo opinioni Pla. per rationes Barto. ibi. Aut matrimonium est sequutum, & iste est casus huius. §. tunc puto quòd aut ignorauit ius & factum, & possit repetere l. si cum dotem. §. fina. ff. soluto matrimonio. Aut sciuit utrunque & non repetit. l. qui contra. C. de incest. nup. Aut sciuit ius, sed ignorauit factum, & tunc si est furor acerrimus, excusatur, & potest repetere. Aut sciuit factum, sed ignorauit ius, & tunc non repetit. d. l. qui contra. licet Bar. uideatur distinguere inter lucrum & damnum. Et ista procedunt, quantum ad dotem. Nunquid autem error uel iuris, uel facti excuset à pœnis contrahentium iniustas nuptias, ponit latè Barto. in d. l. auunculo & in l. si adulterium cum incestu. in princi. de adult. & Angel. de Areti. hic.

f An si dispensetur alicui, ut possit capere in uxorem, quam legitimè habere non poterat, ex qua tamen prius filios habuerat, filij efficiantur legitimi, uel ne: adde illam notabilem rationem uel quæstionem, quam ponit Bar. in l. cum decem. §. fi. ff. de solut.

TITVLVS XI.

De adoptionibus.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine: Quia filij aut nobis causantur per naturam ex coniunctione maris & feminæ, aut per artem ex adoptione uel arrogatione interueniente. l. i. ff. de adop. ideo uiso de filijs, qui nobis causantur per naturam, sequebatur uidere de his, qui causantur per artem: ideoque probè intitulatum est de adoptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Adoptio est genus.*
2 *Differunt adoptio & arrogatio, adoptare & arrogare.*
3 *Concursus duarum causarum potentius operatur quàm causa simplex.*
4 *Filij nati ex concubina non dicuntur legitimi, sed naturales.*
5 *Septem sunt filiorum species.*
6 *Quæ dicatur concubina.*
7 *Aliquando adoptatur ille, qui est filius.*
8 *Adoptio quomodo diffiniatur.*
9 *Quando delegatus à Principe impartitur authoritatem suam, dicitur ipse Princeps delegans cognoscere.*
10 *Mortuo Imperatore succedit Ecclesia in administratione.*
11 *Infans non potest arrogari.*
12 *Quomodo quis adoptari possit.*
13 *Quare arrogatio fiat cum maiore solennitate quàm adoptio.*

Non solum. Quemadmodum ex matrimonio patria potestas causatur, ita ex adoptione uel arrogatione legitimè interueniente, & hoc iure ueteri. Iure autem nouo ita demum ꝑ adoptionē patria ptās causatur, si in personā adoptātis & naturalia & ciuilia iura interueniāt. h. d. Diuiditur in duas: Nā in prima refert antiquitatem, In secunda refert ius nouum. Secunda ibi, sed hodie.

Item

Itē prima ſubdiuiditur in duas. Nam primò ponit di-
ctū: ſcđò diſtinguit adoptionē per duo mēbra, & illā
declarando proſequitur. Scđa ibi, adoptio. No. primo,
ꝙ non ſolum naturaliter per matrimonium cātur no
bis ius patriæ poteſtatis, ſed ēt ex arte mediante arro
a gatione uel adoptione. a Itē no. uerbum, † adoptio,
1 tanquam genus ſumptum, cōplecti ſub ſe adoptionē
ut ſpeciem & arrogationē. concor. l. j. ff. eo. Item no.
2 † arrogationem fieri cum authoritate principali, ado
ptionē āt fieri poſſe cū authoritate magiſtratuum. Ra
tionē ſtatim reddā in ſi. quę reddi poſsit. Item no. arro
gari eos, qui ſui iuris ſunt: adoptari verò, qui ſunt in
poteſtate parētum naturalium conſtituti. No. in uer.
ſed hodie, per adoptionē nō fieri tranſitum patriæ po
teſtatis, niſi ubi ſit auus paternus uel maternus, qui
b nepotē uel neptē adoptauerit. b Itē no. ꝙ † concur-
3 ſus duarum cauſarum potentius operatur q̃ cauſa ſim
plex. concor. Auth de cōſan. & uter. frat. §. j. & auth. de
functo. C. ad Tertul. ibi, in prin. In gl. in uerbo, natura
c les. c Ideo tales appellantur primò naturales, quia in
eſſe producti per naturam: ideo appellantur legitimi,
quia nati ex matrimonio à lege approbato. Ibi. §. fin.
4 no. † filios natos ex cōcubina non appellari legitimos,
ſed tantum naturales. Sed ego alias dubitaui, quia imò
uidetur iſtos ēt legitimos appellari debere, eo ꝙ con-
cubinatus à lege nomen accepit & effectum. l. in con-
cubinatu. ubi tex. cū glo. ff. de concubi. Solu. aliàs dixi,
ꝙ ideo non appellātur legitimi, qa nō ſunt nati ex for
ma à lege approbata: nec. n. lex approbat concubina
tum, ſed illum ſub quadā diſſimulatione permittit, ut
publica lupanaria, cā euitandi adulteria, inceſtus & ra
ptus. c. inter opera. & ibi not. ext. de ſponſa. Eodē mō
ciuitates Chriſtianorū non approbant publicos uſu-
rarios, ſed ſub diſſimulatione permittunt, cā euitan-
di furta, rapinas, homicidia, & cætera mala. Ita ē in ꝓ-
poſito, & ita cōperi Richardum Malumb. ut refert
Bart. tenere in l. j. de concub. ſed non ita clarē. In fi.
gl. uos dicite plenius ex mēte Richar. Malum. & Bar.
quorum opinio. ſibi attribuit Fulg. in l. cū quis. C. de
5 iur. & fa. igno. Ego cæteris clarius loquar: † quia ſunt
ſeptem ſpecies filiorum. Quidā ſunt filij iure natura-
li proditi, & iure ciuili cogniti, eo, quia iure approba
ti, & hi ſunt qui ex legitimo matrimonio produntur.
Naturales appellantur, quia nati per naturā. Appel-
lantur legitimi, quia per legē approbantur. Quidam
ſunt filii iure naturali proditi, iure ciuili cogniti, ſed
eo iure nō approbati, nec reprobati, ſed ſub diſſimu
latione permiſsi; hi ſunt nati ex legitima concubina,
hi tm̄ naturales appellantur, quia nati per naturā. Qui
dā ſunt filij uirginū naturaliter incogniti, iure ciui-
li inuenti, & hi ſunt filii adoptiui, & arrogati: quos iō
tantum legitimos appellamus, qa eos natura non co-
gnouit, ſed lex inuenit. Quidā ſunt filii iure naturali
nati, ſed iure ciuili incogniti penitus, ut ſunt uulgo
cōcepti, quos ꝓpriè baſtardos appellamus, quaſi ſub
haſta, i. ſub publico nati: nā dici ſolet, iſta res eſt ſub
haſta, i. ſub publico poſita l. j. C. de fide inſtr. & iure ha
ſtæ fiſc. lib. x. Quidam ſunt filij iure naturali inuēti, iu
re ciuili cogniti, ſed eo iure reprobati, ut ſunt nati ex
coitu damnato, & hi appellantur inceſtuoſi, manze-
d res, d & ſpurii, quaſi nati ex libidine ſine ceſte, i. ſine
regimine. l. ſi quis inceſt. C. de nup. Quidam ſunt filii
naturales tantùm, qui poſtea efficiuntur legitimi ꝑ
dationem curiæ. Quidā uero naturales ſunt, qui ef-
ficiuntur poſtea legitimi ꝑ ſubſequēs matrimoniū, ut
ſup. tit. i. §. ſi. Sed hic quæritur, Pone, quòd habes filiū
ex muliere, quam tenes extra domū, uel tenes pro fa-
mula in domo, cōtrahis cū ea poſtea matrimoniū, an
erunt tales legitimi? Dicite ꝙ nō, qa nō dr̄ talis mater
extra domū retēta, uel in domo propriè concubina:
6 † nā illa ſola appellatur cōcubina, quæ tenetur in do-
mo in figura matrimonii, hæc ē gl. ord. quā approbāt
Doct. in l. pen. ff. de cōcubi. In glo. adoptio, ibi. §. licet.
eſt tex. apertus in l. ſi te parēs. C. de ſuis & legit. in fi.
7 Hoc ēt mihi nō placet: nā † aliquādo adoptatur ille, q
eſt filius, vt puta emācipatus. l. ſi pater. in prin. ff. eod.
Nec placet, ꝙ aliqui dixerunt, ꝙ quādo filius emāci-
patus adoptatur, ꝙ dr̄ nouus filius & adoptiuus, qa
loquūtur cōtra casū l. ſi filio, quē pater. ff. de li. & poſth.
& cōtra rōem Iuriſcōſulti ibidē, qa nō debet imagine
naturæ ueritas obumbrari. Nō debet igitur adoptio fi-
lij emācipati, quæ ē imago naturæ, obumbrare ueritā
tē, ꝙ. ſ. dicatur filius nouus, & nō naturæ. Præterea
hæc diffō peccat in alio, qa nō ſolum ꝑ adoptionē cau
ſantur nobis filii, uerū ēt nepotes. §. licet, inf. eo. Vn-
e de poteſt ſic adoptio diffiniri: e † Adoptio ē actus legi
8 timus, ꝑ quā q̄s alterius poteſtati ſubijcitur in forma
filiationis, naturali uinculo cōcurrēte. Naturali uerò
uinculo nō cōcurrēte, alterius poteſtati nō ſubijcie,
ſed tātū iura ſuccedēdi ab inteſtato cōſeruātur. Ideo
dixi, actus legitimus, q a inuētus à lege. Ideo dixi, alte
rius ptāti, puta ꝑ uenditionē propriæ pſonæ, uel per
captiuitatē, ſup. de iure pſona. ꝑ totū. Ideo dixi, natu-
rali uīculo cōcurrēte, qa niſi quis detur in adoptionē
auo paterno uel materno, nō trāſit in eius ptātem. Si
uerò alteri tradatur ī adoptionē, ab inteſtato ſucce-
dit, ut hic. §. ſed hodie. & l. cū in adoptione. C. eo. ti. In
9 gl. reſcripto. ibi, & l. arrogat. Et eſt rō: nā † quādo dele-
gatus à Principe īpartitur authoritatē ſuā, dr̄ ipſe pri
ceps delegās cognoſcere. c. ſanè. extra de of. & pot. iu-
di. deleg. l. i. §. qui mādatum. ff. de of. eius, cui mand. eſt
f iuriſdi. cū ſi. f In fi. gl. Hoc eſt uerū de iure ciuili: quo
dr̄ uacare imperium ꝑ mortē Imperatoris: iure autem
10 Canon. nō procederet, qa † mortuo Imperatore ſuc
cedit eccleſia in adminiſtrōne. c. licet, & ibi no. extra
de fo. cōp. quo caſu fieret arrogatio cum authoritate
apoſtolica. In gl. arrogatio. ibi. ff. eo. Colligitis ex hoc,
quod dicit gl. in d. l. 2. ꝙ in matrimonio cōtrahendo
g debet interrogari ſponſus, g deinde ſpōſa, ut à pſona
digniori fiat initium. Cōtrariū ſeruat cōſuetudo, ſed
puto rectius gl. loqui. Nā ſi primò īterrogaretur ſpō
ſa, quæ affirmaret, poſtea ſpōſus qui negaret; maior
eſſet pudor mulieri, q̃ econuerſo, ꝙ citius deſiderat
ad legitima cōiugia euolare. Subſequenter inſetunt
11 Doct. ex glo. ꝙ † infans non poterit arrogari, cū non
poſsit loqui, & ꝑ cōſequēs nō interrogari. Cōtra te-
nuit gl. in l. 2. ff. eo. & bū, ꝑ l. ēt. ff. eod. Nō obſtat ꝙ nō
poſsit interrogari, qa reſpōdetur ꝙ poterit interro-
gari pſentibus agnatis & affinibus, quorū præſentia
ſupplebit defectum infantis, arg. ī l. 2. C. eod. Gloſ. in

h nerbo, *b* concurrunt. bene dicit. concor. gl. in l. cũ in adoptiuis. C. eo. In glo. fi. in fi. oppo. ab extra, ꝙ nemo
12 possit unquã adoptare. & arguitur sic; † Aut q̃s põt habere filios per naturam, & tunc nõ debet sibi quærere ꝑ artem. l. si pater. §. fi. ff. eo. Facit ratio, nã ars nõ prouidit nisi in casu necessario. l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de uen. inspi. Si ergo põt habere per naturã, sibi frustra quęrit per artẽ. Itẽ qui habet auxilium gñale, frustra implorat singulare. l. in causæ. ff. de minor. Aut nõ põt habere per naturã, & tunc non põt habere ꝑ artem. l. 2. §. illud. ff. eo. §. minorem, infra eo. Solu. aut nõ põt habere per naturã uitio naturalitatis, & procedit cõtrarium, ut est in castratis, idest castè natis. Aut non potest habere per naturã uitio accidentiæ, & tũc poterit habere per artẽ, quia potius inspicit naturalis aptitudo generãdi in hoĩe sita, q̃ temporale uitium. l. si quis posthumos. de libe. & posthu. Exemplũ in spa
13 done. Finaliter quęro de ratione, † quare olim & ho-
i die arrogatio fieri debeat corã Principe, *i* & sic cum maiori solennitate, quã adoptio, quæ fieri põt coram quocunq; magistratu. Solu. iure nouo clarè procedit, & ratio reddi põt: quia in arrogato uersatur maius præiudiciũ, qm̃ arrogatus transit in potestatẽ arrogatoris cum omnibus suis bonis: in adoptiuis autẽ nõ, unde cum maius sit periculum, cautela maior est adhibenda. c. ubi periculum. de elect. lib. 6. l. j. §. cũ filius. de Carb. edi. Sed iure ueteri ego dubito ualde de ratione, quia eo iure tractabatur de maiori præiudicio in adoptiuis quàm in arrogatis, quia adoptiuus priuabatur hæreditate patris naturalis, arrogatus nõ, quia iam illam consecutus fuerat per mortem patris, uel per emancipationem perdiderat. Item adoptiuus ita subijciebat̃ ptãti adoptãtis uti arrogantis. Itẽ sic sibi acquirebat bona, ut arrogatus. l. cum in adoptiuis. C. eo. unde posset dici, quod ideo ĩ adoptione nõ requiritur tãta cautela, q̃a subest cõsiliũ patris, quo proui-
K deri potest filio: quod nõ est sic in arrogato. Cogita. *K*

ADDITIONES.

a Et aduerte, quòd iste tex. in hoc prin. ĩn uer. si uerò naturalis. uidetur esse superfluus, dum bis repetit de auo materno. Salua, q̃a primo loquitur de auo materno ipsius filij: in secundo loquit̃ de auo materno nõ ipsius filij, sed ipsius patris, & ista est ueritas.

b Et ratio est in dicta. l. cum in adoptiuis, quia posset euenire casus, in quo adoptatus ab extraneo priuaretur hæreditate utriusque. Sed dubito; quia si filius non possit inuitus emancipari. §. & generaliter in Authen. quibus mod. nat. effi. sui. certè si consentit emancipationi patris adoptiui, & sic per talem emancipationem priuabitur hæreditate adoptantis, sibi habebit imputare: quia damnum, quod quis sua culpa, &c. Puto, quòd filius iure isto posset sine causa & sine eius consensu emancipari. casus est in d. l. cũ in adoptiuis. & in l. quidam cum filium, & ibi Barto. ff de uerbo. obliga. & casus rotundus in §. cum autem, infra eo. ibi dixi, licèt hodie sit secus, quia non potest inuitus emancipari. dicto. §. & generaliter. Sed tunc obstat, quia secundum hoc iste §. sed hodie. esset correctus, quod ego teneo per ea quę dixi in dicta. l. cum in adoptiuis, post Barto. Sed tenendo communem sententiam, posses dicere, quòd in dicta. l. cum in adoptiuis. illa ratio est impulsiua, & in dubio pręsumitur impulsiua, iuxta glo. in l. 8. §. fina. ff. de dona. Sed obstat, quia quando non potest assignari nisi una ratio, illa censetur finalis, ut est glo. reputata singularis in l. quamuis. & ibi expressius Bal. C. de fideicommi. nisi dicas quòd in d. l. cum in adoptiuis, sunt duæ rationes. Prima, ne filius adoptatus ab extraneo priuetur hereditate utriusque patris. Secunda, quia in extraneo non concurrunt duo uincula, scilicet naturale & ciuile, & sic licèt hodie cesset una ratio, tamen habet locum alia, & consequenter habet locum l. dispositio, iuxta. §. affinitatis. sup. titu. proxi. Vide tamen ad prędicta, an filius possit inuitus emancipari, Doc. in §. fi. infra titu. j. & maxime Ang. de Are. ibi, qui tenet quòd non, & uult fortius, quod etiam ex causis non posset inuitus compelli, ex quibus posset inuitus pater compelli ad emancipandum.

c Et aduerte, dum gl. subaudit in prin. l. & legitimi, tu dic, ꝙ iste tex. posset stare sine subauditione, si referatur ad §. fina. titu. præced. Tamen aduerte, quia ibi non loquitur de naturalibus tantum, quia ibi naturales tantum non sunt in potestate, ut ibi dicit, sed quando sunt legitimati.

d Manzeres propriè sunt, qui nati sunt ex coitu incestuoso, & sunt qui nascuntur ex professo & professa. Alij sunt nothi, & isti sunt illi, qui nascuntur ex adulterio, ut est gl. in ca. nisi cum pridem. extra de renun. &c.

e Sed ista diffinitio non potest conuenire arrogationi, unde puto ꝙ utraque debeat per se diffiniri, ut facit Ang. de Are. hic. Et aduerte, quia ipse Ang diffiniendo adoptionem in genere dicit, ꝙ per eam fit transitus in patriam potestatem naturali uinculo concurrente. istud est falsum, quia etiã sine uinculo naturali fit transitus, ut est in arrogatione. l. cum in adoptiuis. in fi. C. eo. Putabam si poterat sic in genere diffiniri. Adoptio est actus legitimalis, per quem uel fit trãsitus in potestatem, uel saltem ius intestatę successionis defertur, pœne naturam imitans. Adoptio autem in specie potest sic diffiniri. Adoptio est actus legitimus, per quem cum magistratus authoritate fit transitus de potestate in potestatem, naturali uinculo concurrente, quo non concurrẽtę non fit transitus, sed sola successio ab intestato defertur. Ista est bona diffinitio, quia consistit ex genere & differentijs. Nam dum dico, est actus legitimus, ecce genus; & dum dico, de potestate in potestatem, ecce differentia arrogationis, qui in arrogatione nõ fit transitus de potestate in potestatem, quia oportet quòd sit sui iuris, & dum dico, naturali uinculo, ecce aliam differentiam ad arrogationem, in qua sine naturali uinculo fit transitus, d. l. cum in adoptiuis. Arrogatio autem sic diffinitur, ꝙ est actus legitimus per quem homo sui iuris principis authoritate alterius potestatem ingreditur, & eam declarat ut in proximè præcedentibus.

f An autem causa adoptionis possit delegari? Videtur ꝙ nõ, q̃a requirit causæ cognitionẽ, & interpositionem decreti: ergo &c. l. omnia quęcunque. ff. de reg. iuris & l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de off. procon. Tu dic contra, quia quæcunq; iure magistratus competunt, possunt delegari. l. i. de off. eius, cui mand. est iurisdi. Nec enim hic requiritur plena causę cognitio, secundum Bar. in d. §. ubi decretum.

g De hac materia, an sponsus interrogandus sit prius quam spõsa, uide tex. in c. si inter uirum. extra de spons. qui determinat idem quod hic, sed parum facit, nisi arguas ex ordine literę.

h No. ex hac glo. in uerbo, concurrunt, ꝙ ad hoc ut filius existẽs in potestate patris per adoptionem transeat in potestatem alterius, necesse est ꝙ detur in adoptionem affini, qui sit de descendentibus, puta auo paterno uel materno: quia nepos ab auo trahit originem, & sic exponitur uerbum, naturalia, per glo. idest natiualia: alias si detur affini collaterali, puta fratri patris non trãsit. Similem habes gl. C. eo. l. fina. §. si uero pater, &c. tamen contra istam glo. est tex. in §. plurimis, in prin. in uer. non extraneũ, inf. eo. Aduerte, licèt Doct. hic dicant illam glo concordare cum ista, tamen loquitur in diuersis terminis, quia illa loquitur quando quis adoptatur in fratrem, & tunc non posset transire in potestatem, quia adoptio non ualet, ut dixi in §. fina. in princ. infra, eo. quia esset contra naturam. l. nec apud. C. de hære. insti. Nostra autem quæstio glo. est, quando quis adoptauit filium fratris, nõ in fratrem, sed in filium.

i Adde dum dicitur hic, coram principe, quòd est adeo difficile, ut quodammodo præsumatur impossibile, ut est glos. in l. continuus. §. cum quis. ff. de uerb. obl. Barto. & Docto. in l. apud. Iulia. §. fina. ff. de leg. i.

K Aliam rationem differentiæ assignat Bal. in l. i. C. eo. quia trãsire de potestate in potestatem, habet symbolum; & in habentibus symbolum facilis est transitus, ideo minoris iudicis authoritas sufficit. Sed quòd ille qui est sui iuris transeat in potestatem, ista non habent in se similitudinem, sed sunt contraria. Itẽ transire ex sui iuris existentia, in potestatem alterius, est quandam libertatem perdere, & ideo non nisi poterat explicari, nisi cum Principis authoritate, secundum Bald. Quæro, quare non possum filium meum per rescriptum Principis arrogare, non solum per eius authoritatem, cum etiam per rescriptum solum sine eius authoritate possum filiũ meũ bastardũ legitimare?

ut



ut l.legem.C.de natur.li.& in Authen.quibus mo.natu.effi.legi.
.§.illud.Dic quòd est ratio,quia in arrogatione non oportet face
re mentionem filiationis,& in supplicatione, sed in legitimatio-
ne sic,ut probatur in d.§.illud. secundum Bal.

S V M M A R I V M.

1 *Verba ista,causa cognita,tantum operantur, quantum uocatis uocandis.*
2 *Quæ requirunt causæ cognitionem, non possunt de plano expediri.*
3 *Per tabellionem nobis acquiritur.*
4 *Quādo lex utitur uerbo,caueat, intelligitur de nuda promissione uerbali.*
5 *Non ualet pactum, per quod quis pollicetur alicui se aliquid relicturum in ultima uoluntate.*
6 *Ius nouissimum quantumcunque corrigens, debet intelligi ne contineat absurditatem.*
7 *Dictio,præter, stat exclusiuè.*
8 *Si filium meum pupillum hæredem instituero, & illi substituero pupillariter, deinde me mortuo pupillariter substituis, an ualeat utraque substitutio si dederit se in arrogationem, cui arrogator iterum substituit.*

§. Cum autem impuberes.

Arrogatio,quæ fit cum Principis authoritate,fieri de
bet cā cognita,in qua uenit ut arrogator caueat de re
stituendo omnia bona ad eum peruenta ex persona
pupilli,his qui ex testamēto,uel ab intestato uenturi
fuissent,arrogatione nō subsecuta ; & hoc si pupillus
in pupillari ætate moriat̄.h.d.No. arrogationē fieri cā
1 cognita;& ista uerba,† causa cognita, tantum operan
tur,quantum illa uerba,uocatis uocādis,alleg. in arg.
l.in causæ.§.causa cognita.ff.de mino. Vnde non pos-
set fieri arrogatio,nisi iudice sedente pro tribunali,q̄a
2 ea quæ requirunt causæ cognitionem, nō possunt de
plano expediri.l.nec quicquam.§.ubi decretum .& §.
de plano.ff.de off.procon.l.j.§.dies.ff.quis ordo in bo.
a poss.ser. *a* Et no. q̄ in arrogatione celebrāda debet
inquiri,an causa arrogādi sit honesta uel ne.Quid.n.
si humilis uel deploratus uelit arrogare nobilē & ui-
lē? Quid ēt si iuuenis & sanus uelit senem arrogare?
Quid ēt si scholaris uelit arrogare puellā ,quā amat
aliter quā deceat?hæc oīa sederent in arbitrio eius,co
rā quo debet arrogatio celebrari.l.si pater.§.fin. cū l.
seq.ff.eod.Itē no.q̄ quādo aliquid committitur iudici
cum causæ cognitione explicandū , nec causæ expri-
muntur,illæ relinquūtur eius arbitrio.l.j.ff.de iu.deli.
l.i.§.expilatores.de effrac.& expil. c. de causis. de off.
b iud.dele.*b* Itē no.q̄ arrogator debet cauere tabellioni
de restituendo bona illis,qui uenturi fuissent ad hære
ditatē pupilli,si arrogatio subsecuta nō fuisset: & hoc
pupillo in pupillari ætate moriente.Ex quo colligitis,
3 quòd † per tabellionem nobis acquiritur.cōcor.l.his
uerbis.& l.non aliter.ff.eod.uidebitis in §.aliter.infra
c de inut.stip *c*.Item no.quòd si arrogator *d* cum iusta
d causa emancipauerit filium,tenetur sibi restituere oīa
bona sua. Si autē sine iusta causa , tenetur restituere
omnia bona sua,& ultra quartā partē bonorū ipsius
4 arrogatoris.In fi.glo.in uer.opp.contra. Nam † quan
do lex utitur uerbo,caueat, intelligitur de nuda pro-
missione uerbali.l.sancimus.C.de uerbo.sign.Solu.di
cite,aut hoc uerbum,caueat , profertur à lege ciuili,
aut profertur à l.prætoria.Priore casu est regula , q̄
intelligitur de simplici ꝓmissione.d.l. sancimus.Hæc
regula fallit , quando uerbum , caueat , profertur
qualificatiuè , ut puta , caueat idoneè , caueat com-
petenter.l.si mandato Titii.§.fina. ff. mand.l.si debi-
tori.ff.de iud.c.Odoardus.extra de sol.c.fi.ext.de pig.
Sc̄dò fallit,quādo ꝑ aliā legē fideiussores dari requirū-
tur,ut hic, iuncta l. his uerbis.ff.eo.Et hæc eadē uera
sunt,quādo uerbū,caueat,profertur à cōtrahētibus ;
ut quia quis tibi promisit cauere, iō facias addi uer-
ba,idoneè,uel competenter.Aut & sc̄dò profertur à
lege ꝓtoria,& tūc regulariter intelligitur de cautione
cum fideiuss. Fallit in quibusdam casib. de quibus in
l.i.ff.de præt.stip.& hr̄ in l.i.C.de procu.In fi.gl.in uer.
personæ.no.q̄ aliqui appellātur serui,à seruio seruis:
& hoc modo tabelliones & isti barruarii appellantur
publici.Eodem modo falsi latores librorū.Aliqn̄ dn̄r
serui,a seruo seruas,& illi sunt quos schlauos appella
e mus, de quib.supra de iu.pers.§.i.In gl. uenturi.*e* ibi,
no.tamē.Sed hic dubitatur.Pone,q̄ pr̄ naturalis fece
rit substitutionem compendiosam filio pupillo , hoc
mō:Instituo filiū meum pupillum hæredē, & qn̄cun-
que decesserit,substituo Caium, an tenebitur arroga
tor cauere de restituendo bona huic Caio substitu-
to,ēt pupillo moriēte post pubertatem? Videbitur q̄
sic,quia pupillo moriēte post pubertatē durat hmōi
substitutio.l.precib.C.de impu.ergo cauēdum,vt hic.
Veritas est in contrariū.Dicite, q̄ nō tenetur cauere
filio moriente post pubertatem.Nā q̄ teneatur caue-
re facta pupillari substōne de restituēdo bona,si filius
in pupillari ętate decesserit,ex eo prouenit,quia sub-
stitutio pupillaris est testamentum pupilli,quod rū-
pitur per arrogationem,infra de pup.subst.§.i.& §.nō
tā.infra q̄bus mōd.test.infir.Sed qn̄ substitutio est cō
pēdiosa,& iā filius euasit pubertatem, illa nō dr̄ testa
mentum filii,sed patris,quia nō succederetur ꝑ eam
filio,sed patri,cuius testamētū dicit̄ morte sua confir
matum,unde non requiritur tunc cautio.l.cohæredi.
f §.cum fil.de uulg.& pup. *f* In fi.gl.in uer.causa.eam
distingue in tres casus.Aliqn̄ pater arrogator emanci
pat filium sine cā, & tunc tenetur illi tradere quartā
partē suorum bonorum,ut hic in uer.sed & si. Aliqū
emancipat ipsum ex cā proueniente ex facto,hoc est,
ex delicto filii arrogati, & tunc filius perdit quartam
partem,prout hic in prin.& l.fi.ff.si quid in frau. pa.
Aliqn̄ emancipat ipsum cum causa non proueniente
ex delicto filii,sed alias ex fonte honesto,& tunc nō
perditur quarta:& ita intelligitur glo.facit l. si cui. ff.
de cōd.& dem.& l.si mater.C. de inst.& subst.In fi.gl.
5 in uer.iubetur.no.† non ualere pactū,per quod quis
pollicetur alicui se aliquid relicturum in ultima uolū
g tate.Rō,quia hoc pactum *g* ueluti ablatiuum liberæ te
stamenti factionis,est contra bonos mores , & ideo
nullum.l.stipulatio hoc mō cōcepta.ff.de uer.obl. Et
iō dn̄t Doct.q̄ aberrant illi,qui accipiunt in uxorem
h filiam diuitem , *h* ea pactione ut sibi post mortem bo
na relinquat, quia hmōi pactio est nulla.l.hæreditas.
i C.de hære. uel act.uen.In gl. bonorum.*i* ibi, arroga-
uerit, & hanc opi.all. tex.in l.fi.ff.si quid in frau. pat.
K Suadetur rōne. Nam cum filius arrogatus *K* graue-
tur in hoc,quod omnia bona sua transferantur in pa
trem arrogatorem.§.illud. infra eo. debet ēt sibi hoc
modo prouideri,ut maius emolumentum consequat̄
l in hæreditate patris arrogatoris,*l* quā filii naturales ,
q nihil cōferunt, arg. in l.quid ergo.§. pœna grauior.
ff.de

ff. de insa. l. eum, qui. ff. de iureiur. In fi. glo. & hanc
cōiter sequuntur Doct. pro qua allegant tex. infra de
acquisi. per arrog. §. j. Ad argm̄ posset rn̄deri, & primò
ad primum, quòd non pōt imputari arrogatori, quia
fecit lege permittente. l. Gracchus. C. de adult. Nō ob.
l. fi. si quid in frau. pa. quia non dēt intelligi de quarta
omniū bonorum, sed de parte debita filio, ut hic. Nō
obst. ꝙ filius prægrauetur in translatione bonorum,
quia non dicitur grauamen, qd̄ fit uoluntate sponta-
nea, ut statim uidebitis in §. seq. in gl. magna. Præterea
bona filiorum legitimorū & naturalium acquiruntur
patri naturali, sicut bona filij arrogati. l. cum oportet.
l. cū non solum. C. de bo. quę lib. Cum igitur pateat, ex
utroq; filio cōmodum ad p̄rem deuenire, debet eos
pariter p̄miare, ut melius uidistis sup. de iust. & iu. in
prin. Sed hic dubitatur: an cum ista portio ltīma sit au-
m cta m in filijs ltīmis & naturalibus, intelligatur aucta
in filijs arrogatis? per auth. nouissima. C. de inoff. test.
Rn̄r ex mente Doct. ꝙ ista portio est ēt augmentata
in ipsis filijs arrogatis. Nā licèt ius nouissimum nō lo-
quatur de filiis arrogatis, ad eos tamē dēt extendi in
uirtute legis antiquæ, quæ parificat filios naturales fi-
lijs arrogatis in hac portione, ut habetis hic ex hac gl.
6 Præterea ius nouissimum, quātumcunque corrigēs,
debet intelligi ne cōtineat absurditatem. l. scire opor-
tet. §. j. de exc. tut. ergo intelligimus illud, ut ēt loqua-
tur in filijs arrogatis, ne plus, & sic absurdè, laturi sint
q̄ naturales, ut hic. In fi. gl. commodum. no. ꝙ ista di-
ctio, præter, stat inclusiuè. Opponitur de l. nā quod li-
7 quide. §. fi. ff. de penu. lega. ubi † dictio, præter, stat ex-
n clusiuè. Solu. Dicite, ꝙ qn̄ dictio, præter, n adiungit
rei nō contentæ sub genere præcedēti, stat inclusiuè,
ut hic. Vnde si dixero, lego tibi libros, præter boues,
ueniunt in legato, quia non continebātur sub illa ora-
tione, lego libros. Aut adiungitur rei, quæ con-
tinebatur sub oratione præcedenti, & tunc stat
exclusiuè. Vnde si legauero tibi oēs libros præter Co-
dicem, Codex non uenit in legato, imò excluditur, qa
cōtinebatur sub orōne p̄cedēti, a qua potuit excludi,
Sed q̄do non cōprehenditur sub orōne p̄cedenti, non
pōt excludi, quia nunquā fuit inclusum, & ita loqui-
tur l. nā quod liquide. §. fin. & fuit notabile Doctorū
8 in l. falsus. C. de fur. Quæritur, e habeo filium pupillū,
instituo ipsum hæredem, & sibi substituo pupillariter
Caium: me mortuo, iste filius se tradit in arrogatio-
nem, & pater arrogator ipsum instituit, & sibi substi-
tuit pupillariter Sēpronium, quod facere pōt. l. si arro-
gator. ff. eo. moritur pater arrogator, quæritur utrum
substōnes pupillares ualeant? Videtur ꝙ nō: nā substi-
tutio pupillaris est testm̄ impuberis, infra de pup.
subst. in prin. cum si. Sed nemo pōt decedere cū duob.
testamentis. l. si certarum. l. quærebatur. ff. de test. mil-
iō, &c. Sol. dixerūt aliqui, ꝙ ambæ substōnes ualebūt:
quia licèt ubi quis una tm̄ persona reputatur, nō pos-
sit cum duob. testamentis decedere: tamē ubi duæ re-
putātur, potest, ut hic: nam iste filius, ut filius natura-
o lis, habet substitutum à patre naturali: o Item ut filius
arrogatus habet substitutum à patre arrogato. Sed
hæc non bona, quia substitutio facta à patre naturali
est effecta irrita & corrupta per arrogationem. §. ne
tamen. infra quibus mod. testa. infir. nec conualescit
arrogatione cessante. l. qui liberis. §. testamento. C. de
contrata. Vnde dicite sing. ex mente gl. in l. si arroga-
tor. ff. eo. ꝙ substitutio facta à patre naturali, ualebit
in effectu, sed non mero iure. Illa āt, quæ ultimo loco
facta fuit a patre arrogato, ualebit mero iure & in ef-
fectu, quo fiet ut substitutus a patre arrogato occu-
pet oīa bona pupilli, tam peruēta a patre naturali, q̄
à patre arrogato; sed restituet bona patris naturalis
substituto a patre naturali, & pro hoc facit quod no.
singu. gl. in l. j. de secun. nup. facit l. si quis priore. ff. ad
Treb.

ADDITIONES.

a No. in tex. ibi: cum quibusdam conditionib. nam actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem. l. actus ltimi. ff. de regu. iu. Dic ꝙ hoc est uerum quò ad expressam, sed quò ad tacitam diē uel cōditionem sic, ut ibi not. & tacita quæ a lege subintelligitur si sit expressa, nihil operatur. l. 3. ff. de leg. i. nec facit actum conditionalem, sed quandam denotat admonitionem, ut hic, & l. muto. §. i. ff. de tute. Et ideo si concedatur alicui prebenda uel beneficium, si sit idoneus, non dicitur concessio conditionalis, sed dicitur quędam admonitio, ꝙ personæ idoneæ detur, ut cle. i. ꝑ Inn. extra de off. dele. & in c. dudum. extra de præsumpr. Itē no. ꝙ arrogator debet habere quartam in bonis arrogatoris, ut infra scripsi in gl. Itē adde, ꝙ quemadmodum tabellio potest alteri stipulari, sic etiā alias officialis, ut iudex. l. i. §. exigere. ff. de magist. conue. licèt regulariter alteri per alterum non acquiratur. d. §. alteri. & ibi gl. & in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. obliga. & de tabellione vide sup. de iure persō. in prin. &c. Vel melius, dū infra dicitur conditionibus, expone, conditionibus: i. modis, quia hic propriè non est conditio, sed modus, secundum Ang. de Are. hic, & bene. Et pondera etiam esse legem pro te, quam adducit Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. ad fi. a. col. ff. de cond. & demon.

b Item pondero hic etiam tex. ꝙ filius pupillus arrogatus possit sine causa emancipari, & emancipatio ualet, quia si non ualeret emancipatio, de qua hic, prouisio huius. §. quæ est diui Pij, esset damnosa pupillo, cum nū debeat habere nisi quartā eius partis, quam alias erat habiturus, ut infra in glo. in uer. bonorum. quod no. ad ēt, quæ habentur in §. fi. supra tit. i.

c Item no. secundum Ang. de Are. hic, ꝙ licèt filius naturalis & legitimus potuit sine causa tempore istarū ll. exhæredari, ut l. inter cętera. ff. de lib. & posthu. & §. aliud, in Auth. ut cum de app. cog. melius in l. iusiuran. ff. de lib. & posth. quod tamen impubes arrogatus sine causa nō potest exhæredari, & si exheredatur, cogitur quartā relinquere ultra bona propria ipsius impuberis, uel postea per eū acquisita. Sed aduerte, quia istud notabile nō probatur hic: quia hic nō dicitur, si sine iusta causa exhæredauerit: sed bene dicit, si sine causa emancipauerit. Et ad ultimū notabile hic positum. s. de quarta relinquenda, aduerte, ꝙ iste tex. ꝓcedit in arrogato, secus in adoptato. glo. est quam Nic. de Neap. hic reputat ualde no. in l. pen. C. eo.

d An autem pater arrogator debeat statim cum emancipat filium ei dare bona sua, & ēt quartam, quando quarta ueniā prestanda? Dic, ꝙ bona sua bene statim debet reddere ipsi filio arrogato emācipato, ut probat dictio, tūc, hic in tex. posita. & hoc ꝓbatur ēt ex tex. l. si qui. la 2. in fi. ff. de cond. & dem. Quartam uerò partē bonorum ipsius patris arrogatoris, non tenetur ipse pater arrogator ipso uiuente præstare, sed solùm cogitur dare in ultima uoluntate, & hoc ꝓbatur ex uer. relinquere, posito in tex. quod uerbum ad ultimas uolūtates pertinet, ut ff. de tab. exhib. l. 1. in fi. & probatur in l. 1. in §. si impubere. ff. de colla. boni. ibi, præmatura. n. Quinimò si filius arrogatus ante patrem arrogatorē decedat emancipatus, non transmittit ad hæredem suum facultatē petendi hanc quartam de bonis testatoris, ipsi filio debitam, ut C. de cadu. toll. l. 1. §. 1. Nec ob. l. 1. §. si impuberem, supra all. quia ibi iam sibi competebat actio ad quartam illam: iam. n. erat mortuus pater suus arrogator, ideo eam transmittit ibi. Vt. autem filius arrogatus fuisset mortuus ante patrem, non transmittit, quia adhuc non sibi competebat uiuente patre, & sic. no. bene. Ista omnia ponit hic Nic. de Neap. qui dicit se ea nunquam uidisse alibi.

Ad finem huius gl. unum est, quod me ualde turbat. Nam uult gl. quòd legitimi non possint stipulari post pupillarem ætatem, quia aduentitius casus non est in consideratione, & quia potuisset fecisse testamentum. Ostendo utrunque malè dictum. Nam ad primum, nõne si moriatur in pupillari ętate interponitur cautio? ergo aduentitius casus. s. quòd possit mori in pupillari ætate, consideratur etiam quòd esset minus cõsiderandum, quod possit mori in pupillari ætate, quàm post. Ad secundum, dum gl. dicit quòd potuisset facere testamẽtum, dico quòd istud non potest stare: nam cum præsupponamus istum esse in potestate patris arrogãtis, non potest facere testamentũ. §. 1. infra quib. non est pmis. fa. testam. Cum ergo non possit facere testamẽtũ moriẽs in potestate arrogantis, ergo legitimi debẽt posse stipulari. Præterea posito etiam quòd posset facere testamẽtum, nonne legitimi debẽt habere portionem suam? Sed dic, gl. bene posse defensari, & eius mens est ista, quòd ideo legitimi possunt stipulari infra pupillarem ætatem, quia si nõ fuisset facta adoptio, & pupillus mortuus fuisset in pupillari ætate, erant certi omnino habere successionem: ergo cum ex tali arrogatione super certo lædantur, necessaria est cautio: sed in maiore si non fuisset facta arrogatio, legitimi non fuissent omnino habituri, quia potuisset facere testamentum, ergo cum ex tali arrogatione legitimi omnino lædãtur, nõ debet posse stipulari, quia illi solum stipulantur, qui pro certo læduntur. Ad primum de aduentitio casu, dico quòd aduẽtitius casus non potest aliter considerari. d. l. Iulia. nisi consideretur ad fauorem & prouisionem eius, pro quo consideratur. l. generaliter. §. si libero homini. ff. de fideic. lib. sed infra pupillarem ætatẽ consideratur ad fauorem pupilli, qui non potest sibi prouidere de hęrede, & ea ratione permissa est patri pupillaris substitutio. §. i. infra de pup. subst. Sed post pupillarem ætatem non consideratur, quia potest sibi maior prouidere, & ubi est prouisio hominis, cessat prouisio legis. l. & habet. §. cum quis. ff. de preca. l. fi. C. de pac. conuen. & si impeditur propter arrogationem sibi prouidere, potest maior factus petere se emancipari. l. nonnunquam. & l. seq. ff. de adop. & ista est ueritas.

f Aduerte ad hanc glo. circa medium, dum dicit, quòd si omissa est cautio, habetur pro facta, &c. Si ita ẽ, ergo expressio est superflua; quia expressio eorum, quæ tacitè sunt, nihil operatur. l. non rectè. C de fideiusso. l. hæc uerba. ff. de leg. i. Cogitabam dicere, ꝙ expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, fateor nisi cõtineat plus quàm omissio, & ita etiam loquitur hic, non tamen propter hoc est superflua. Item circa finem dum dicit, quòd aduẽtitij casus non debent esse in consideratione, cogita, per legẽ cũ in adoptiuis. C. eo. ubi imò est in cõsideratione, quòd pater naturalis posset præmori antequam emãcipetur filius adoptiuus. Ad primum retinendo oppositionem, respõdendo dic, quòd imò expressa multum operatur, quia debet interuenire fideiussor, qđ tamen secus est in tacita: & sic ista expressa cautio cum operetur plus quam tacita, bene ualet, & ista est ueritas. Ad secundũ dic, ꝙ consideratur aduentitius simul cum emancipatione. Nam in d. l. cum in adoptiuis, consideratur quòd pater naturalis possit emãcipare, & etiam quòd possit emancipari a patre adoptiuus, & sic cõsideratur casus aduentitius simul cum emancipatione. Vel melius dic, ut infra, in apostilla magna.

g Item pondera hic esse gl. quòd illud, quod non possit fieri per pactum, potest tamen fieri per legem. quod no. gl. in rub. C. de decr. decu. lib. x. Adde dum dicit, liberæ testamẽti factionis. Imò hic non aufertur libera testamenti factio, sed solum restringitur: & sic gl. ista in hoc redditur notabilior, ꝓ qua est tex. in l. stipulatio, hoc modo concepta. ff. de uerb. obl.

h No. contra illos, qui capiunt uxores sub spe habendæ hæreditatis ex promissione sibi facta ꝑ partẽ sponsæ, quia errãt, uide Bal. hoc notantem & dicẽtem in l. pactum, quod dotali. C. de pact. Et hic adde quęstionem notabilem Bal. in l. cum Arthemidorani. C. ut in poss. leg.

i Dum ista gl. dicit, quòd quarta petitur per condictionem ex lege, uide qõ. gl. in l. i. §. si impuberi. ff de colla. bo. quã ponit Bart. in d. l. si arrogator. in lect. in pe. q. & Nic. de Nea. in fi. huius. §.

k No. tamen ex tex. & gl. ꝙ arrogator debet hr̃e quartã de bonis arrogatoris in qua quarta & alijs bonis sibi datis potest arrogator filio impuberi substituere, sicut pater naturalis, ut l. si arrogator, cum ibi not. ff. de adopt. Et sicut in bonis patris naturalis debetur filio legitima, ut in auth. nouissima. C. de inoff. test. quam nõ potest sibi auferre sine litima cã: & ita in bonis patris ciuilis, d. l. si arrogator. ff. de adopt. Et sicut pater naturalis põt substituere filios in legitima usq; ad pubertatẽ, & non ultra. l. quod fideicommissum. in fi. ff. de leg i. & l. sancimus. C. de inoff. testa. ita pater ciuilis. d. l. si arrogator. Et sic euenit mirabiliter, secũdum gl. in d. l. si arrogator. quòd si pater naturalis substituit unum, & pater ciuilis substituat alium, quod substitutus à patre ciuili habebit alium prouentum ex bonis patris arrogatoris, & substitutus à patre naturali habebit illa, quæ ex bonis ipsius naturalis patris prouenerunt, & ita iste decedet cũ duobus testamẽtis, quod alias est prohibitũ in pagano, & concessum soli militi. l. i. C. de test. mili. Et est rõ, qa sicut est mirabile ꝙ decedat cum duob. patrib. ita cũ duobus testamẽtis, qa dato uno incõueniẽti, plura sequũtur. l. ratas. C. de rescin. uen. Et istam quartam nõ potest testator auferre, quia non debetur sibi ex dispositione testatoris, sed solũ ex dispositione legis. Ex quo deciditur talis qõ: actor, qui non ꝓbauit intentionem suam in termino sibi statuto ex legis dispositione, uult probare in termino rei, arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. pet. quid si reus uellet renunciare dilationẽ sibi datã, ne actor possit probare? & deciditur quòd non potest renunciare in præiudicium actoris. Et licèt testator relinquat hãc quartam, tamen dicitur eam habere ex dispositione legis, non testõris: & sic licèt iudex statuat terminum quatuor mensium statutum à iure. s. à l. fi. C. de usur. rei iud. non tamen dicitur terminus iudicis, sed terminus legis, & sic reus poterit prorogare moram, quam alias non poterat. l. Celsus. ff. de arb. & hr̃ in l. insulam. ff. de uer. obli. Nec ista quarta est aucta ad tertiam, sicut legitima filiorũ naturalium, ut uoluit gl. in. §. hoc seruandum. in uer. omnibus. in Auth. de tri. & se. col. 3.

l An filius arrogatus debeat hr̃e quartam omnium bonorum, an uerò solum eorum, quæ esset habiturus ab intestato, uide etiã in l. si arrogator. ff. eo. &c. Et quod intelligitur de quarta suæ partis non aũt de quarta omnium bonorum, facit clarissima ratio. Nam, pone, quòd aliquis arrogauerit quinque filios, quod potest, iuxta l. si pater. §. fi. ff. eo. certè si quilibet deberet habere quartã omnium bonorũ arrogatoris, istud esset impossibile, cũ sint quinq; filii arrogat. & istam rationem ponit Bal. in l. arrogator. ff. eo. in 11. oppo.

m De hoc, an portio sit aucta, uel ne, &c. uide omnino gl. in. §. hoc obseruandum, in Auth. de trien & semis. col. 3. quæ uidetur uelle, quòd non, &c. in uerbo, in omnibus. quam tenet Bar. in d. l. si arrogator in ult. col. in lectura.

n An dictio, præter, includat uel excludat, uide de hoc ff. de ann. leg. l. Seio. §. uxori. & C. de decu. l. ex omnibus. in gl alleg. & per Doct.

o Et ratio potuit esse istorum, quia ex quo permissum est posse habere duos patres, unum naturalem, alium ciuilem, ita non debet uideri inconueniens quòd decedat cum duob. testamentis: & sic respectu substõnis patris naturalis repñtetur testamentum patris naturalis; respectu alterius dicatur patris ciuilis, & sic dato uno inconuenienti plura sequuntur. l. ratas. C. de rescin. uen.

SVMMARIVM.

1 *Ars imitatur naturam.*
2 *Quę ætate adoptans debeat adoptatum præcedere.*
3 *Quomodo is possit sibi adoptare nepotem qui filium non habet.*
4 *Quæ dicatur plena pubertas, & quę sint ætates.*
5 *Quis non potest sibi fratrem per adoptionem causare.*

§. Minorem natu. Ars naturam imitatur, ideo adoptãs debet adoptare plena pubertate, hoc ẽ 18. annis ꝑcede-
a re debet. h. d. a No. minorẽ natu nõ posse maiorẽ ado
1 ptare. Ratio, qa † ars imitatur naturã. Vnde, cũ ꝑ naturã nõ possit filius maior esse patre, non poterit quo-
b que per artẽ. Itẽ no. b quòd † adoptans tenetur exce-
2 dere adoptatũ in ætãte, tẽpore annorũ 18. quod facit, secundũ Io. Fab. contra eos, qui accelerant ad nuptias ꝙ primum coire possunt. Itẽ no. quòd pubertas appellatur spatiũ 18. ann. No. ex uer. licèt, ꝙ † potest
3 adoptari quis in nepotem ab eo, cui nullus est filius. Et si dixeritis, quomodo hoc fieri potest per artẽ, cũ per naturam non potest causari nepos, nisi præceden
c te filio uel filia? Potest dupliciter rñderi. c Primò, ꝙ iste text. intelligitur in eo, qui licèt non habebat ꝗ

præsenti

præsenti filium, habuit tñ aliàs: sicut enim naturaliter hñi potest nepos filio præmorruo, ita cāri potest nepos ex arte filio præmortuo. Cæterùm, qa hoc modo hæc literá restringitur, aliter rñr, ꝙ licèt hoc casu iuspecto sit contra naturam, ut sine filio causetur nepos, tamē qnia inspecto genere potest uenire ut quis habeat nepotem non subsistente filio, permittitur ut possit adoptare nepotem tanquam ex filio, quē nunquam habuerit, sed habuisse fingitur. l. si is, qui ꝓ emptore. ff. de usuc. & l. an eadem. ff. de dno. reis. Itē no. ꝙ quando aliquis adoptatur tanquā nepos ex filio, debet filius cōsentire. Ratio, ne ei. s. ano filius suus agnascatur, & hæres efficiatur inuito filio, secundum gl. *d* Item no. ꝙ auus potest dare in adoprionem nepotem
e ex filio, ér filio non consentiente. *e* In fi. gl. mutatur. dicite, ut statim dicam ibi, ubi melius cadit. In fi. gl. 18.
4 ann. † plenam pubertatem quatuor modis appellari, ut in gl. Vos dicite, ꝙ glo. aut malè, aut improbe loquitur. nam plena pubertas solū appellatnr rempus perfectum 18. ann. ut hic. Fateor tamen, cum masculus est egressus 14. annū, & fœmina 12. appellatur pubertas, sed non esr plena pubertas, hoc est, perfecta: solum. n. appellatur, cum 18. annum compleuerit. Vnde dicite ex mente Cyni, quòd plures sunr ætates. Prima est infantia, quæ durat usqne ad septimum annū inclnsiuè. l. si infanti. C. de iure deli. Quædā est pupillaris ætas, quæ durat usque ad 14. annū in masculo, & 12. in fœmina. l. qua ætate. ff. de testam. Quædam est, quæ appellatur pueritia, & durat usque ad 18. annū, ur hic. Quædam est adolescentia, quæ durat usque ad 25. annū. l. i. §. apparet. ff. de minorib. Quædam est iuuētus, quæ durat aliqñ usq; ad 50. annos, aliquādo usque ad 60. aliquādo usq; ad 70. secundū uarias regiones & uulgi opinionem. In quibusdam. n. partib. citius homines senescunt quàm in aliis. ita no. gl. in l. non aliter. de lega. 3. Quædā est senectus, quæ durat usque ad 80. annum. l. fi. C. qui ætate. lib. x. & ibi no. Quædam est, (& hæc est ultima) quæ appellatur senium, uel decrepitas, & durat usq; ad cētum annos, & illa est lōgissimæ uitæ hominis tempus. l. an usufr. ff. de usuf. l. fi. C. de sacrosan. ecc. Aliqui tamen dñt, ꝙ post centum annos ꝓpriè appellatur decrepitas, de quo in l. si infanti. C.
5 de iu. deli. In fi. glo. in uer. locum. no. ꝙ † frater nō pōt cāri per adoptionem. Ratio, quia nec quis potest sibi causare fratrem per naturam. Et ideo dicunt Doct. ꝙ ista pacta iurata, quib. promittunt aliqui ꝙ unus alteri succedat in bonis, quos uulgo fratres iuratos appellamns, sunt nulla; quia per artem causari non pñt fratres, sicut nec per naturam, quod uerum limitate, nisi essent fratres armatæ militiæ, qui intrantes prælium de uita dubitarent, & hmōi pacta conficerent. l. licet inter priuatos. C. de pact. In glo. consentire. ibi, prima
f uerior. *f* ego ualde dubito de ea; nam si iste adoptetur nepos, filio contradicente, qualiter poterit succedere auo una cum filio, cum filius eum præcedat in gradu? quia prima causa est filiorum. l. posthumorum. ff. de iniusto rup. Vnde cogitabam aliter intelligere, ut illa uerba, ne ei, intelligantur ei. s. filio, inuito eo. s. filio suus hæres agnascatur, q. d. si permitteretur quòd nepos posset adoptari tanquam ex filio, eo filio innito, sequeretur hoc inconueniens, ꝙ mortuo auo postea huic filio nepos recidat in potestatem, & sic mortuo patre eidem agnascetur patri, hoc est filio. Vnde iste filius haberet hæredem nepotem inuitus: quia cum nepos mortuo auo recidat in potestatē patris, mortuo patre eidem agnascitur, idest, suus hæres fit. Et sic intelligite istum. §. uel quòd loquatur iure ueteri, quo adoptatus transibat in potestatē adoptantis, uel iure nouo in patre arrogante: alioqui non procederet text. in fi. tenendo intellectum, quem supra dixi: & l. oratione. potius concordat, quàm discordat,
g Glo. in uer. consentire. *g*

ADDITIONES.

a Et non habens filium potest in locū nepotis aut pronepotis adoptare, hoc secundò. Et quando aliquis adoptat aliquem ut nepotem ex filio legitimo & naturali, siue legitimo tantùm, debet interuenire consensus filij: sed non ecōtra, quando auus dat in adoptionem nepotem ex filio. h. d. tertiò & ultimò.

b Contra istum. § dum uult, quòd ad hoc ut quis possit adoptare alium, requiritur quòd eum præcedat plena pubertate. i. 18. ann. Oppono. Ars debet imitari naturam, sed ego habeo ꝙ secūdum naturam potest quis habere filiū, licet eum non excedat 18. ann. c. puberes. extra de despon. impu. ergo eodē modo debet posse secundum artem.

c Contra sol. prædictam, quam etiam refert hic Ang. multum mihi obstat. § sed & illud. infra. eo. vbi in genere hominū possit reperiri habēs filiū, & tamen quia in specie non possit reperiri unus castratus habens filios, ideo impeditur: sed facile est respondere:

d Et sic habes, quòd ubi fit actus alteri præiudicialis, debent citari illi, de quorum præiudicio agitur, ut sint præsentes uel saltem consentire. l. nam ita diuus. ff. de adop. l. in causa. §. causa cognita: ff. de mino. l. & unoquóque. ff. de re iud. Et ideo, quādo petuntur à dominis rescripta contra ius in præiudicium aliorum: debent illi citari ut sint præsentes, ut uult gl. in d. l. ita diuus. Similiter, qñ peteret instrumentum fasum refici. l. i. §. si tabæ. ff. de bon. poss. secūdū tab. Similiter, qñ peteretur instrum deperditū refici. l. chirographis. & ibi gl. ff. de adm. tut. Nā in supra dictis casibus debent citari illi, quorum interest, & sufficit citatio per generalem proclamatorem, si speciales personæ, quorum interest, ignorētur. l. si eodem tempore. C. de remis. pig. & ibi no. & in auth. si omnes. C. si ut se ab hæredit. abstineant, &c.

e Item no. in uer. sed si quis, ibi. quem iam habet adoptatum; ꝙ quis potest facere fictionem fictionis. Nam fictio est, quòd filius alicuius per adoptionem dicatur filius meus, & tamen potest fieri ut ex isto adoptato alius dicatur mihi nepos, etiam per adoptionem, & sic per fictionem: quod uidetur cōtra no. per gl. in l. i. C. de do. promiss. Sed dic, quòd ista fictio nō tenuit in eodem tempore; siue in uno tēpore, & in uno subiecto, sed in duobus: qđ fieri potest, ut latè per Bar. in l. si is, qui pro empt. in ult. q. ff. de usuca. & Ang. de Are. hic.

f Ista gl. intelligit uerba huius tex. ibi, ei inuito, trib. modis. Primo modo diuisim, ut sic uerbum ei, referatur ad auum, & uerbum, inuito, referatur ad filium: & iste erit sensus, ne ei. s. auo, nepos adoptatus suus hæres agnascatur. i. efficiatur agnatus, inuito. s. filio. Secundò intelligit gl. coniunctim, ut sic illud totum, ei inuito, referatur ad filium: & erit sensus, ei inuito. s. filio. Tertio modo intelligit etiam glos. coniunctim, sed quòd referatur ad auum in totum; & erit sensus, ne inuito. s. auo, & ista est effectualis huius gl. & contra opi. gl. facit d. l. si quis nepotem. ff. eo. ti.

g In gl. in uer. consentire. la a. dum respōdendo dicit, quòd patria potestas est inæstimabilis. ista sol. uidetur facere de directo contra gl. quia si est inæstimabilis. i. tam magni præiudicii quòd non possit æstimari, ergo cum pater tam magnum damnū consequitur, eius consensus est necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Qui per naturam filios habere nō possunt, etiam per artem non possunt.*
2 *Nunquid clerici, qui licitè coire non possunt, adoptare possint.*
3 *Fœminæ adoptare non possunt.*
4 *Quomodo probetur filiatio.*
5 *Beneficia Principum sunt latissimè intelligenda.*
6 *Quid sit graculum.*

§. In

§. In plurimis autem causis.

a aNo.artem imitari naturam in pluribus casibus. Itē
no.filium arrogatum posse dari alii in adoptionem à
patre arrogato.Sed dicet aliquis, quomodo potest su
per accidenti cadere accidēs?nam filius arrogatus nō
est filius naturæ,sed filius artis,& accidens;quomodo
igitur potest iste filius arrogatus de nouo arrogari,
cum nec duæ singularitates simul concurrere pos-
sint?l.1.C.de dotis promissio.cum si. Sol. Licèt detur
in arrogationem à patre arrogante, non arrogatur ta
men ab alio tanquā filius arrogatus,sed tanquā filius
naturæ,argumen.in l.si pater.§.qui duos.ff. eodē. Itē
b no. b quòd † q non possunt generare filios per natu
1 ram,ut isti castrati, non possunt causare per artē.Si
uerò non impediantur generare naturaliter uitio ac
cidentali,possunt adoptare;quia potius consideratur
natura & consuetudo generandi sita in homine, quā
uitium accidentale.l.si quis posthumis.in princ.ff.de
2 lib.& posth. Hic insurgit dubium, † pone quòd ali-
quis generare potest, sed illicitè, ut clerici, nunquid
c poterit talis adoptare c? Videtur quòd sic, quia pote
stas adoptandi est prohibitiua certarum personarum
ergo permissiua omnium, quæ non reperiuntur pro
hibitæ.l.necnon.§.quod eius.ff.ex quib.cau.ma.l.i.cū
ibi no.ff.de testa.Ego puto contra.Nam quod non li
cet honestè per naturam,non debet licere per legem,
nec per artem , cum lex sit sanctio sancta.l.1.ff.de le-
gib.c.erit autem lex. dist.1. Sed clerici nō possunt ho-
neste habere filios per naturam, ergo nec per artem.
ad idem facit.§.fi.sup.de nuptiis.l.miles.§. mulier,de
testamento militis .Non obstat, quòd omnes genera
liter intelligantur adoptare permissi, q̄a respondetur
quòd in generali permissione non uenit. ut quis pos
sit illicita attentare.uerba sunt Bal.in d.l.miles.§.mu-
3 lier.No.quòd † fœminæ adoptare non possunt.Ratio,
quia cum non habeant filios in potestate, ac per obli-
quū concedatur, quod directò prohibetur, in ipsis
adoptio non permittitur, ut hic, & l.oratio.ff.de spon
sa.Sed hic semper dubitaui,quòd hæc ratio posita nō
sit bona,quia hodie per adoptionem non fit transitus
iuris patriæ potestatis.§.sed hodie. sup. ea ergo ratio
mala.Solu.Potest dupliciter responderi.Primò,q̄ iste
§.loquatur inspecto iure ueteri.Sed tamen huic ratio
ni,refragari uidetur,q̄ iste §. est posterior ad §.sed ho
die.in ordine literæ.Vnde secundò respōdeo,q̄ debet
intelligi hoc uerbum,adoptare,idest arrogare , & erit
ratio bona,quæ redditur in tex.& pro hoc allego tex.
in l.mulier.C.eod.Nec uidetur incongrua expositio;
nā cum uerbum, adoptare,uelut genus adaptari pos
sit ad arrogationem & adoptionē , suprà eodem , in
principio,adaptandum est ad aliam speciem , ex qua
sanius intellectus literæ capi potest.l.in ambiguo. &
l.quoties.de rebus dub.regula iuris, quoties & l.quo
ties.de uer.obl.Præterea lex regulat,restringit, & am
pliat dictum.l. cum pater,§.dulcissimis.de lega.2.l.ue
ro.§.fin.de lega.3.l.si quis animo.de acq.possess.Cùm
ergo hæc ratio subiecta solum conueniat arrogatio-
ni,debet uerbum,adoptare,ad arrogationem restrin-
gi.Ex quo colligitur, quòd fœminæ hodie adoptare
poterunt.Sed tamen aduersari uidetur,quòd fœminę
non possunt p̄ naturā filios generare,ergo nec per ar
tē.Nisi soluendo dixeritis, quòd licèt non possint ge
nerare,possunt tñ concipere.l.quęritur,de ædil.edic.
uerum q̄a actus adoptionis se habet p̄ modum agēdi,
actus uerò cōcipiēdi se habet p̄ modum patiēdi,quasi
dubius alias ad hunc tex.aliter r̄ndebam, intelligēdo
ipsum in propria adoptione,ut loquitur, ut uerba ue
niant per hunc modum;Ideo adoptare non p̄nt fœmi
næ,quia nec naturales liberos in p̄tāte sua h̄nt;hoc ē,
quia non est in earum p̄tāte gn̄are filios p̄ naturā,nō
conceditur eis adoptare per artem.Ex uersi.nec illud,
no.cum arrogato transire oīa bona sua in potestatem
& dn̄ium patris arrogātis.Ratio est,nā credibile est q̄
cui arrogatus permittit ius personæ suæ, permittere
quoq; uoluerit ius rerum suarum, argum.in l.in hac
lege.C.de pactis conuentis. No.seruos adoptari pos-
se,& adoptione subsecuta tolli maculam seruitutis.Fi
d naliter no. d q̄ ex nominatione filii facta de seruo in
iudicio,cōsequitur ius libertatis ille seruus. Ex quo
4 inoleuit practica procuratorum.† cum uolunt proba
re filiationem, ponunt q̄ Titius & Berta erant mari-
tus & uxor, & sic appellabant se & nominabant.Item
q̄ ex ipsis prodiit in lucem Caius, quem filium appel-
labant, & ab ipsis publicè filius nominabatur; quia ex
tali nominatione acquiritur ius & quasi possessio filia
tionis, de quo in c.per tuas.extra de prob.& in l.si ni-
cinis.C.de nupt.& in l.i.ff. de quæstio. ubi plenè per
e Bar. e In gl.i.in fi. f Sed qualiter respondebitur tūc ar
f gumento, quòd ars imitatur naturam ? Respondetur
quòd ars imitatur naturam in his, quæ possunt dispo
ni p̄ naturam, ut est generatio filiorum; sed in his, q̄
disponuntur præter naturam, ut est ius succedēdi in
hæreditate, ars nō imitatur naturam, cum nihil dispo
nat. ita loquitur casus in gl.alleg. In fi. glo. in uerbo,
amissorum, bene loquitur, cuius sententia probatur
5 in l.matrem.C.eodē.Non obst.quòd † beneficia Prin
cipum sunt latissimè intelligenda, quia hoc est ue-
rum, nisi ratio refragaretur, quia tunc beneficia Prin
cipum debent moderari secundum ius cōmune. l. ex
facto, in prin.de uulg.& pup.Iure autem cōmuni nō
habent filios in potestate, igitur, &c. Glo. in uerbo,
g oraculum. g Glo.in uerbo, liberi. h In gl.actis, in fi.gl.
h non obst. hæc l.i.quia ibi erat defectus in uoluntate
codicillantium, ideo non ualet ut codicillus illa uo-
luntas, arg.in l.illud.§.tractari.eod.tit.hic autem erat
uoluntas, quomodocunque seruum à seruitute libe-
rare.De hoc articulo, si non ualet, quod ago, &c. dici
te ut d.l.i.& habetur in l.i.§.eum qui.ff. de const. pec.
K & in l.i.§.si quis simpliciter, de uerb.oblig. K

ADDITIONES.

a Hoc dicit, quando adoptatus transit in potestatem adoptātis, ut
quia fuit adoptatus ab auo paterno uel materno, potest adoptās
adoptandum dare in adoptionem. Et spadones.i.quibus natura
lia amputata sunt gladio, possunt adoptare uel arrogare, sed ca-
strati non. Et fœminæ nō possunt adoptare.i.arrogare, nisi ex cō
cessione Principis propter suos liberos in acie Principis defun-
ctos. Itē arrogatus transit omnibus suis liberis & bonis. Et ser-
uo adoptato à domino contingit libertas, quamuis adoptio non
habeat effectum.h.d.usque in fi.
b Ego puto, quòd inter castratum & spadonē possit assignari lon-
gè melior ratio diuersitatis, quàm hic assignant gl. & Doct. Nā
ad

ad hoc ut possit habere locum adoptio, necesse est quòd saltè in illo genere hominum illud possit uerificari & procedere per natura, licèt nõ in casu simplici & specifico. l. eandum. & ibi Bart. in princ. ff. de duobus reis. & ꝑ istũ in. §. præceden. tunc sic, in genere omnium castratorum non esset possibile unum reperire, qui ꝑ naturam possit habere filios, nimirum si nec per artem, & sic ꝑ adoptionem non possunt. Sed in genere spadonũ bene posset reperiri, qui per naturam habere filios: nimirum ergo si possit & per artem, & sic per adoptionem. Et ista est mera ueritas. Adde, quòd homo, cui amputati sunt testiculi, dicitur uitiosus ita, ut ꝑ hoc possit redhiberi, nisi in aliquibus partibus, ubi reputãtur meliores propter custodiam mulierum. l. fin autem quis. ff. de ædil. edicto. Similiter reputatur melior, quia nihil de fortitudine & utilitate ei deest, ut l. ædiles. §. sũt autẽ. ff. de ædil. edicto. &c. Et ꝙ spadones sint pretiosiores, est tex. in l. si seruus seruum. §. & si puerum. ff. ad l. Aquil. & ibi glo. dicit, quòd illud est in Apulia, secus in Italia. Et dicit tex. mirabile in l. Pomp. § fi. in fi. ff. de ædil. edic. quod ille, qui habet unum testiculum, potest generare.

c An clericus possit aliquem in filiũ adoptare. Pro ista parte, quã iste tenet hic, s. quòd non possit, facit: nam quis non potest adoptari in fratrem. l. nec apud. C. de hær. instit. & gl. in. §. præced. quia ꝑ naturam non posset causari frater licitè: & tamen si illicita generatio attenderetur, posset frater illicitè causari per naturam, coeundo cum matre, ut Oedipus, sicut est apud Senecam in tertia Tragædia. Tamen contra istum fortissimè facit, quia etiã posito quòd nunc iste non possit licitè generare, tamen quia ante quam esse clericus potuit licitè, sufficit, vt patet in spadone, ut hic ĩ tex. & ita est ueritas: & sic istud impedimentum clerici est accidentale, non naturale. & illud tenet Ang. in §. minorem, ad fi. supra eo. non per istam rationem. Et pro ista opi. facit, quia paria sũt, aliquid esse impossibile de iure, uel de facto. l. mulier. §. i. ff. de cõd. insti. melius in l. filius, eo. tit. Sed dic, non esse impossibile de iure, per rationem meam, quam hic scribo.

d Eodem modo, si quis habens filium naturalem tantùm, & in instrumento publico appellat filium simpliciter, uidetur eum legitimare, siue etiam apud acta siue in testamento. tex. est notab. in Auth. item si quis. & in corpore unde sumitur. C. de natural. li. & gl. not. in c. per tuas, extra qui fil. sint legit. Practicam procuratoris probandi quem esse filium alicuius, ita ut præsumatur filius nisi probetur contrarium, uide in l. fi. ff. de proba. & per Bart. in l. 2. §. i. ff. de lib. agno. Non tamen talis possessio filiationis facit eũ uerè filium, qui non est l. iubemus. C. de lib. cau. & l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba.

e No. etiam ex. §. apud Catonem, quòd argumẽto eius probatur, si quis uelit uenire ad successionẽ alterius, eo quòd dicat se esse filium illius legitimum: probando se filium, licèt nõ ꝓbet se esse legitimũ, quod debet obtinere. Et similiter testes deponẽtes eũ esse filium, licèt non deponant eum esse legitimum expressè, tamen dicũtur probasse ipsum legitimum. hoc probatur melius ex tex. in Auth. ut liceat matri & auiæ. §. ad hoc, & in l. filium. ff. de his, qui sunt sui, uel ali. iur.

f In ea. gl. prima, in uerbo, in plurimis. dum dicit, quòd pater adoptans non tenetur instituere, puto quòd malè dicat ad §. nostrũ, quia iste §. loquitur in tali adoptione, ex qua fiat transitus patriæ potestatis, & consequenter eius, qui debet institui. & ita hic Nic. de Neap.

g In gl. in uerbo, oraculum, dum dicit, quòd ideo dictum est oraculum, quia oramus, seu deprecamur Imperatorem, ut talibus præstet authoritatem: adde quòd glo. in l. digna uox. C. de legib. in uerbo, oraculo, dicit, ꝙ oraculũ est, quod ad orationem alicuius uel preces concessum est, uel quòd oraculum est diuina uoluntas ore hominis declarata.

h In gl. in uerbo, liberi, dum dicit, quòd etiam nasci turi transeũt in potestatem arrogatoris, est casus clarus in d. l. si pater, in prin. In contrarium uidetur esse tex. in l. fi. ff. de colla. bon. ubi ille, qui est in utero, non potest dici in potestate antequã nascatur. Vnde puto, quòd illa l. si pater, intelligatur secundum d. l. d. quod illi, q̃ sunt in potestate, rediguntur in potestate arrogatoris. hoc uerũ est, quando erunt nati, nõ q̃n sunt in utero, & ita intellige gl. hic.

i Et dum glo. hic colligit illud vulgare, quod si non ualet quod ago ut ago, ualet tñ ut ualere põt: licèt glo. hic nõ declaret quo modo istud notabile hic colligitur, uide in glo. in §. similiq; modo. in glos. allega. quam declarat. Et ex glos. ista. ibi, ueni huc fili mi. iuncto tex. potest colligi, ut etiam colligit hic Ang. de Aret. quòd uerba blanda & adulatoria prolata in iudicio, inducunt dispositionẽ fauore libertatis, adde tex. illum singu. in l. Paulus. §. i. qui incipit, Paulus. ff. de fideicõ. li. & quod ibi singulariter per illum tex. decidit Ang. Et aduerte, quia illud notabile, si non ualet quod ago, &c. ultra inductionẽ, quã facit glo. in d. §. similiq; modo. potest etiam induci alio modo, secundum intellectum glo. quia dominus agebat adoptare seruũ apud acta, & q̃a ille actus non habuit perfectionem, licèt non ualeat quò ad hoc ut adoptio teneat prout agebatur, ualet tamen ut ualere põt, s. ut per istam nominationem filii, quã dominus fecit de seruo, seruus consequatur libertatem. Et adde, ꝙ iuramentum semper habet uim istius clausulæ, si non ualet quod ago ut ago, &c. tex. est singu. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2.

K In fi. huius tit. de adoptionibus, potest quæri, secũdũ quod hic quærit Bal. an pater naturalis possit arrogare filium bastardum mediãte rescripto Principis. Et uidetur ꝙ sic, quia mediante tali rescripto potest ipsum legitimare §. illud. in Auth. quibus modis natu. effic. legit. In contrarium ẽ ueritas, quia pater naturalis nõ potest filium bastardum hodie adoptare, secundum Bald. hic, & text. in l. legem. C. de na. lib. quinimò non potest legitimare, nisi cum clausula, non obstante, ve volnit idem Bal. in l. si susceptа. in §. fi. hic in glo. alleg. ff. de inof. testa. &c. Et ꝙ naturalis nõ possit hodie adoptari uel arrogari, habes etiam tex. in. §. & nos non latuit. in Auth. quibus modis natu. effi. legit.

TITVLVS XII.

Quibus mod. ius patriæ potesta. sol.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine: Suprà uisum est, quemadmodum directa potestas constituatur, & constituta tollatur. Subsequenter uisum est, sicut patria potestas causetur. Sequebatur de iure uidere sicut causata dissoluatur, Ideo subijcitur hæc Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, uideamus, aliquando refertur ad oculum intellectus, aliquando ad oculum corporis, secundum subiectam materiam.*
2 *Quomodo filius liberetur à patria potestate morte patris.*
3 *Mors ciuilis comparatur morti naturali, cum distinctione.*
4 *Vbi est eadem ratio, ibi debet ius statui.*
5 *Interest maximè, utrum in gratia principis dicatur, restituimus uel indulgemus.*
6 *An restituto aliquo, dicatur ei restituta fama.*
7 *Bannitum nostri temporis nunquam æquiparari deportato?*

Videamus. Diuiditur in quinque. Nã in prima ponit, quomodo morte naturali dissoluatur patria potestas. In secunda, quemadmodũ dissoluatur morte ciuili. In tertia, qualiter dissoluatur dignitate filij. In quarta, sicut dissoluatur capite. In quinta quemadmodum per emancipationem dissoluatur. Secũda ibi, cũ autẽ. Tertia ibi, filius familiàs. Quarta ibi, si ab hostibus. Quinta ibi, si pro emancipatione. Patre mortuo, auo nõ subsistẽte, filii sui iuris efficiuntur. Secus si uiuo auo eorum, pater aut emãcipatus aut mortuus extitisset. h. d. No.
1 in uerbo, uideamus. quod uerbum, † uideamus, refertur ad oculum intellectus. concor. l. uideamus. de in lit. iuran. l. uideamus. ff. de usufr. Aliquãdo tamen refertur ad oculum corporis, secundum naturã subiectæ materiæ. Vnde, si testis interrogatus, an talis occiderit hominem, respondit ꝙ sic; & interrogatus de ratione, respondit ꝙ vidit, intelligitur de uisu corporis. c. peruenit, el ij. extra de testib. cogen. Itẽ nota, quòd
2 † mortuo patre non subsistente auo, liberantur filii à patria potestate. Item nota, ꝙ ita demum nepotes ex filio liberantur a patria potestate mortuo auo, si eorũ pater uiuo auo mortuos fuerit, aut quo uis modo de patria potestate exierit. quod uerum limitat gl.
a nisi exiuisset patriã potestatem per dignitatem. a §. illud, in Auth. cõstitutio, q̃ de digni. aliàs ipsa dignitas

nocerct

f dicũt, ꝙ licèt datio tutoris sit fauorabilis ex parte pupilli, tñ est odiosa ex parte tutoris. l. tria onera. ff. de excus. tuto. unde cum sufficiat, si cui uel in paucis, &c. arg. l. tutori. C. de neg. gest. &c. in datione tutelę appellatione filiorum, nepotes nõ cõtinẽtur. Sed iterum oppo. de l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posthu. ubi institutio facta de filiis, nõ cõprehendit nepotes, & tñ ea est fauorabilis. Solu. dñt Docto. ꝙ ideo illud est statutum, quia ꝓ forma requiritur, ut filii, & nepotes nominatim instituantur, aut exhæredentur. Hæc ãt oĩa uera limitabitis, ꝙ appellõne filiorum, nepotes continẽtur in materia fauorabili, nisi lex aliud requireret ꝓ forma, ut d. l. Gallus. Scd̃ò limitabitis esse uera, nisi nomen, filius, præferatur cum qualitate, q̃ non reperitur in ꝑsona nepotis. l. fi. C. de natur. lib. Itẽ uera limitabitis, ubi lex expresse dictaret appellatione filiorũ, nepotes non contineri. l. iubemus. C. ad Treb.

ADDITIONES.

a Ego credo posse teneri alium intellectum: ꝙ si sit datus tutor posthumis, intelligitur datus etiam iam natis, per l. si quis ita. §. fi. ff. de testa. tut. per quem dicit ibi Bal. ꝙ si testator in testamẽto faceret mẽtionem de posthumo, intelligitur largò modo de unoquoque ex quinque modis, quos infra pono. Non obstat l. nomẽ filiarum. in prin. allegata in glo. quia fateor propriè, & propterea tex. in d. l. si quis ita. dicit, quòd utilis datio est, non directa. Et no. quòd posthumus dicitur quinque modis enumeratis per gl. nostram in rub. C. de posthu. hære. instit. propriè tamen posthumus dicitur primo modo, ut ibi dixi. Si tamen testator dederit tutorem simpliciter posthumis, intelligitur posthumus largè pro unoquoque ex illis posthumis, secundum quòd eis poterit cõuenire. tex. est not. quẽ ibi Bal. multum commendat in l. si quis ita. §. fi. ff. de testa. tut. Et pro intellectu suprà dato addo rationẽ. Nã si est nepos in potestate, & uiuat pater, non potest ei dari tutor ab auo, cum sit recasurus in potestatem patris. §. permissum. supra tit. 1. & si mortuus est pater uel emãcipatus, tunc nepos efficitur posthumus auo, ut dicit gl. præalleg. in rub. C. de posthu. hæred. instit. iuncta l. Gallus. §. & quid si tantum. ergo sic datus intelligitur. d. l. si quis, iuncto dicto Bart. sup. allegato.

b De hoc, an appellatione liberorum seu filiorum, cõtineantur etiam nepotes, & an hoc sit ex propria significatione, uel ex interpretatione, uide Bar. in l. liberorum. ff. de uerb. sign. Et ideo si in testamento scripserit Notarius, liberos, intelligitur prout assumitur secundum mentem legis, quia Notarius præsumitur scripsisse secundum mentem testatoris, argum. l. 1. C. de usu. & l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. Et licèt ex consuetudine uulgari aliter disponeretur illud uerbum, liberi, tamen in hoc casu quando ista uerba sunt dubia, melius est ꝙ ponantur in uulgari, quàm literali sermone. l. 1. ff. de excusa. tut. & l. Lucius Titius testamẽto, & ibi Bar. ff. de fideicom. libertat.

c Adde etiã ex prin. huius. §. & eius fine, ꝙ in tutelis appellatione filiorum, continentur posthumi, ut l. si quis filiabus. ff. de testa. tut. Tamen secus est in legatis, in quibus non extẽditur ad posthumos, nisi aliquo indicio & præsumptione appareat de mente testatoris uolentis cõprehẽdi posthumos, puto si in aliqua parte testamenti fecisset mẽtionem de posthumis. l. qui filiabus. de lega. 1. nam uerbum ambiguum positum in una parte testamenti, uerificatur per uerba præcedentia, uel consequẽtia in testamẽto posita. l. si seruus pluriũ. §. fi. de leg. 1. Ex quo infertur, ꝙ qñ legatario datur particula sui legati, dẽt ẽt dari pars testi, ꝑ q̃ declaratur uerbum ambiguũ in legato positũ, scd̃m Bar. in d. l. q filiabus. & ibi uide ꝓ eũ de rõne diuersitatis: q̃a i legatis appellatione filiorum, nõ cõtinentur posthumi, secus in tutelis, & infra in sequẽti
d char. de hoc est scriptum, in 2. col. uide etiã in l. in ... de legib. An masculinũ cõcipiat fœmininum, & an ex significatione uocabuli uel extensione, uide extra de ele. c. generali. lib. 6 q̃ dicit, ꝙ i odiosis non concipis femininum, uide ẽt Bal i l. 1 multis. ff. de sta. ho. & Bal. in l. quicũqi. C. de ser. fugi. & notat ibi Albe. & in l. si qs in tantã. C. unde ui. & in l. si q̃s id q. d. ff. de iuri. om. iud. & l. Gallus. in prin. ff. de liber. & posthu. & Bar. i. l. j. ff. de ver. sig. ubi uide.

e Adde etiam, ꝙ in priuilegiis nomine filiorũ, nepotes nõ includuntur. Et hinc est, ꝙ si statuto caueatur, ꝙ filius excludat sororẽ dotatam, & filius præmortuus, nepos non excludet amitã. ista est tex. quem summe not. Bal. in l. mi lites. §. hoc autem. ff. de excusa. tut. ubi Bal. & Bar. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. ubi formauit hanc quęst. in fi. illius § in simili, an appellatione nepotum, cõtineantur filii fratris; & an in emphyteusi appellatione filiorum, contineantur filij fratris; & an in emphyteusi appellatione filiorum, contineantur nepotes, uide Bart. in l. Caius. & l. si dotali. ff. sol. mat. An autem appellatione nepotum, comprehẽdant filij fratrum in emphyteusi, uel alia re, an solum ablatici filij, uide Bal. in c. 1. §. similiter, quib. mod. feu. amit. in fi.

f Sed scd̃m istam solutionẽ sequeretur, ꝙ in materia ista masculinum non concipiat fœmininum, & tñ cõcludit cõtrariũ ꝑ ista ꝑ prædicta & ꝑ omnes. Dic ergo, ꝙ rõ est cur hic appellatione filiorum nõ uenit nepos, quia cõis usus loquẽdi, & maximè ipsius testatoris, erat in contrarium, ut habes supra per istum.

TITVLVS XIIII.

De legitima agnatorum tutela.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà uisum est de testamentaria tutela: uerùm quia ea deficiente, legitima succedit, ideo uiso de testamentaria tutela, meritissimè intitulatum est de legitima agnatorum tutela.

SVMMARIVM.

1 *Testamentarius tutor præfertur legitimo tutori.*
2 *Deficiente testamentario tutore succedit legitimus tutor.*
3 *Vt legitimus tutor tutelam administrare possit, requiruntur plura.*
4 *Qui dicantur agnati, qui cognati.*
5 *Disposita de uno correlatiuorum, in alio intelliguntur disposita.*
6 *Quis dicatur ab intestato decedere tripliciter, quantum ad actum tutelæ.*
7 *Aliud est intestatus, aliud intestabilis.*
8 *Tutela defertur tripliciter ex lege.*
9 *Lex corrigens legem antiquam in uno casu, extenditur ad alium euidentitate rationis.*

Quibus autem. Tutor testamẽtarius quibuscunque tutoribus etiam legitimis est præferendus: quo deficiẽte, legitima tutela succedit. Et agnati appellantur, qui per uirilem sexum descendunt, cognati uerò qui per fœminam coniunguntur. h. d.
a Diuiditur in quatuor. Nam in prima refert sensum l. 12. tab. In secunda declarat, qui dicantur agnati & cognati. In tertia declarat verbum, ab intestato. In quarta declarat, qualiter ius agnationis & cognationis capitis diminutione tollatur. Secunda ibi, sunt autem. Tertia ibi, ꝙ autem.

Quarta

b Quarta ibi, sed agnationis quidẽ ius. *b* No. primò † te
1 stamentarium tutorem præferri legitimo tutori. Rõ, *c*
c nam lex est confisa de agnato, eò ꝙ hæreditatẽ pupilli
sit habiturus, si moriatur prius: tñ magis est cõfisa de
ꝓuisione patris. §. i. inf. de satis. tut. eo ꝙ pater nõ mi-
nus amat filium, q̃ seipsum. l. isti quidẽ. in fi. ff. qđ met.
2 cau. Itẽ no. ꝙ † deficiẽte testamẽtario tutore succedit
legitimus, & ideo est dictum, ꝙ legitimos tutores ne-
mo dat, nisi lex. l. legitimos. ff. eo. Dixit tamen notabili
3 ter glo. in d. l. legitimos. & Bal. clarius, † ꝙ ad hoc ut le
gitimus tutor tutelam administrare possit, requirun-
tur plura. Et primò decretũ iudicis, qđ declarat tute-
lam ad talẽ agnatũ pertinere. d. l. legitimos. §. i. si tamẽ
iudex in tali decreto diceret, do & decerno talẽ tuto-
rẽ agnatũ pupillo, decretũ nõ uitiaretur, q̃a illud uer-
bũ debet impropriari, & exponi, i. declaro, ut decretũ
sustineatur. allegat text. cũ gl. not. in l. & puto. §. i. ff. de
fami. ercis. quo decreto interposito debet talis agnatus
d tutor declaratus facere inuentariũ *d* oĩum bonorum
pupilli mobilium & immobilium. l. fi. C. arb. tut. Scđò
debet iurare facere ea, quæ erunt utilia pupillo, & inu
tilia ꝑtermittere. §. fi. in Auth. ut hi, qui obl. se habere
perhibent res minorum. Tertiò debet promittere se
non relicturum pupillum indefensum. l. si. §. defensio
nem. C. de adm. tut. Quartò debet satisdare, rẽ pupilli
e saluã fore, *e* ut in toto titu. C. de tut. qui nõ satis. His
peractis, interponit iudex suum decretum, quo đcer-
nit administrationẽ ad ipsum tunc ꝑtinere, & erit tã
quã inuestitura possessionis, & hoc differt à primo de
creto, quo decernitur tutela, isto uerò administratio
4 decernitur. Itẽ no. † agnatos appellari, q̃ iunguntur ꝑ
sexum masculinũ, cognatos autẽ qui ꝑ fœmininum.
cõcord. l. si autẽ. ff. eo. §. i. de legi. agn. succes. Ex uer. &
f inuicem. no. *f* qđ † disposita de uno correlatiuorum,
5 intelliguntur de alio disposita. l. fi. C. de indi. uid. tol.
g Et ideo statutum *g* ponẽs pœnam uẽditori, intelligi-
tur ponere emptori. de quo in l. nemo martyres. C. de
6 sacrosan. eccl. Ex uer. quod autẽ. no. ꝙ † quis dicitur
ab intestato decedere quò ad actum tutelæ uel alium,
tripliciter. Primò, q̃do nullum testamentum cõdidit.
Secundò, quando testamẽtum cõdidit, sed de illo actu
nihil disposuit. Tertiò, qñ disposuit, sed in totum ille
actus corruit. Addite quartum, quando testamẽtum
annullatur agnatione posthumi, uel ꝑteritione iam
nati, ut infra de hære. quæ ab intesta. def. in princ. Ex
7 quibus aliud nota, ꝙ † ille dicitur intestatus decede-
re, qui potest facere testamẽtum & nõ facit. cõcord. l.
intestato. ff. eod. Si autẽ nõ fecisset testamentũ, eo ꝙ
nõ potuisset, ut est pupillus, furiosus, & mẽte captus,
non diceretur decedere intestatus, sed intestabilis.
no. gl. in l. cũ antiquioribus. C. de iu. delib. & infrà de
hære. quæ ab inte. def. in princ. & facit. l. i. ff. de suis &
leg. Nã ista uerba desinẽtia in tus, ut intestatus, præ-
supponũt potentiã, sed negant actũ: nomina uerò de
sinẽtia in bilis, ut intestabilis, negãt actum & poten-
h tiã. ita dicit Bal. in d. l. intestatus, *h* Ex quo ipse dixit
notanter, ꝙ statutũ disponẽs ꝙ mortuo filio ab inte-
stato mater excludatur, nõ uẽdicat sibi locũ filio pu-
pillo moriẽte, q̃a ille nõ dr̃ intestatus decedere, sed in
testabilis, qđ uerũ limitat Bar. nisi ex usu cõmuni lo-
quẽdi pupillus intestatus appellaretur. Sed Bal. deri-
det Bar. quia iura peritorum & statutorum nõ debẽt
deturpari per ora populorũ. l. item prætor. ff. de suis
& legi. Quid. n. est, ꝙ subtilis lex. xii. tab. aut condito-
res statutorũ, usi fuerunt uerbo, intestato, qđ ꝑtinet
propriè ad eos, qui possunt testari, & nõ testantur?
Quòd ora populorũ hęc uerba nõ impropriãt, nemo
sani capitis dixerit: de quo dicite ut dixi. §. fi. sup. tit. i.
i Finaliter no. ius agnationis tolli *i* regulariter oĩ capi
tis diminutione, ius uerò cognationis nequaq̃. No. rõ
nem, q̃a una creatura iuris ciuilis facilè pt tolli ꝑ aliã.
K *K* In gl. 12. tab. in fi. dicite, ut statim dicã in glo. fi. In
glos. in uer. sed agnationis. & pro hac facit l. eius mili
tis. ff. de testa. mil. qđ statim declarabo ĩ tit. seq. In glo.
in omnibus, ibi. §. qđ ãt. Sed dixerit q̃spiã: si ergo ius co
gnationis tolliĩ maxima & media capitis diminutio-
ne, ergo cõtra istũ textũ. Itẽ cõtra hãc rõem: nã cũ co
gnatio sit de iure naturali, nõ đbet posse euelli capitis
diminutione, quæ ẽ de iure ciuili. Sol. fateor, ꝙ nõ tol
litur cognatio, hoc est ipsa cõsanguinitas, sed bene tol
lũtur effectus tributi cognatis de iure ciuili. Sed iterũ
diceret quispiã, scđm hoc nulla erit dĩa inter ius a-
gnationis & ius cognationis, cum utrique ex agnatio
ne, & cognitione attributi sint effectus de iure ciuili,
ergo pariter tolli poterunt, cõtra istum tex. Rñdetur,
ꝙ ideo facilius tolluntur effectus tributi agnatis, q̃ ef
fectus tributi cognatis, quia sunt tributi iure singula
ri, facit l. eius militis. §. militia missus. de test. mil. & l. 4.
Ideo hoc casu nõ tollitur ius agnationis rõe fauoris,
ut ibi hr̃ in §. fin. & hoc operatur fauor & pietas pater
na. Cũ. n. fuerit in potestate, licèt pater emancipaue-
rit filiũ, tñ ad eius hæreditatẽ uocatur. l. fi. C. de emã.
l lib. In gl. nõ utique. *l* ibi, l. tutelas. no. ꝙ † tutela defer
8 tur tripliciter. Primò ex uerbis & sententia legis 12.
tab. ut est tutela, quæ defertur agnatis: illi primo uocã
tur ex uerbis legis, quia uerba legis hoc apertè dñt.
Vocantur ẽt ex s̃nia, quia qua ratione lex uocat eos
ad hæreditatẽ, eadẽ uocat ad tutelã: quia scđm legẽ na
turæ, quẽ sequuntur cõmoda, sequuntur & incõmo-
da. regula iuris, secundũ naturã. Aliquãdo defertur ex
sentẽtia tãtũ, ut est tutela patrono delata. Nã ille non
uocatur ad tutelã ex uerbis legis, quia lex de his ex-
pressè nõ loquitur. sed tñ legumlatores interpretãtes
legẽ 12. tab. cõiecturati sũt, ꝙ ex quo ipsa lex uocauit
patronũ ad hæreditatẽ liberti ex lege naturæ, uocasse
ẽt intelligitur ad tutelã. inf. de legi. pat. tut. Aliquãdo
defertur nec ex uerbis, nec ex mẽte legis 12. tab. sed
noua constitutione Principum. Nam lex 12. tab. non
uocabat ex uerbis patrem ad tutelam filii emancipati,
nec ẽt uocabat ex mente: quia ex quo non uocabat
eum ad hæreditatem, intelligitur non uocasse ad tu
telam; quia quem non honoro, onerare non possum.
l. ab eo. C. de fideicom. Sed postquàm legum noua cõ
stitutio ęquum iudicauit, patrem uocari ad hæredita
tem filii emancipati, æquum quoque iudicauit uocari
ad tutelam: non ex mente, non ex uerbis legis 12. ta-
bu. quia ea lex nõ potuit cogitare futuras constitutio
nes. l. si putator. ff. ad l. Aqu. Ibi, l. tutelas. Ideo facilius
m tolluntur tutelæ *m* & hæreditates delatæ ex lege 12.
tabu. quia sunt delatæ ex quodam iure singulari, q̃ il-

læ, quæ delatæ sunt nouis legibus, quia illæ sunt delatæ iure cõi. facit d.l. eius militis. §. militia mulus. Ibi,
9 §. ex his, no. singulariter, † ꝙ lex corrigens legem antiquam in uno casu, extenditur ad alium ex identitate rationis: de quo in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure.

ADDITIONES.

a Vel sic, cessantibus tutoribus testamentariis uocãtur agnati, q dicuntur legitimi tutores. Et agnati sunt, qui descẽdunt per uirilem sexum, cognati autem qui per fœmineum. Dicitur cessare tutor testamentarius, qñ pater non prouidit de tutore, facto uel nõ facto, uel annullato testõ, uel si prouidit, & non habuit effectum ius agnationis tollitur, hoc dicit usq; in finem.

b Prænuntie in hoc tit. ea, quę dicuntur hic in fi. & infrà de fiduciaria tutela, ut uoluit Bar. in l. 3. ff. de legi. tut. & l. si frater, C. eo. quòd quadruplex est legitima tutela, prout infrà.

c Tu dic, ꝙ melior ratio est, quia fides testamẽtarii, est approbata in specie a testatore; fides ãt legitimi est approbata à l. s. in genere tantùm, ut habes per istum infrà de satisda. tuto. in prin.

d Adde, ad hoc vt tale decretum interponatur. s. decernent administrationem, ꝙ ultimo loco requiritur ẽt inuentarij confectio, quod habet locum in quocũque tutore, etiam testamentario, nisi testator sibi remisisset in testamento has solennitates, ut iuribus alle. & tale decretum interponitur per iudicem, cuius iurisdictioni subiectus est pupillus, & extenditur etiam ad res alterius territorij non habentis iurisdictionem. l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. Et quando conceditur hoc decretum, debẽt citari alij tutores. s. legitimi. & datiui, maximè si eis denegetur administratio l. 3. uers. si. ff. de administratio. tuto.

e Vide etiam de istis requisitis infrà de satisdatio. tu. in gl. super uerbo, electi,

f No. etiam ex fi. §. atqui. ꝙ filius sequitur familiam patris, & non matris, unde nepos ex filia, nõ dicitur de tua familia, quod no. propter statuta punientia damna data per aliquos de familia, ꝙ auus non tenetur pro damno dato per eius nepotẽ ex filia, & adde notata per Doctor. singulariter de hoc nomine, familia. in l. fi. C. de uerb. significatio. per Bat. in l. 1. §. familiæ. ff. de pub. uectigal. & commiss.

g Adde etiam notabiliter ex fi. licèt tunc à longè: ꝙ quoties lex uel statutum utitur vocabulo naturali, puta patre, matre, sorore, fratre, filiis, &c. tunc non attendimus dispositionem iuris ciuilis, ut intelligatur de naturali & legitimo, sed attendimus solam naturalitatem, ut comprehendatur etiam filius naturalis tantũ, puta bastardus, qui non est legitimus de iure ciuili. auth. ex complexu. C. de incest. nup. & hoc probatur ex l. tutelas. & ibi Bar. ff. de capit. dimi. & Bar. in l. j. ff. de accusationibus. Vide de hac materia, an statuta loquentia de uno correlatiuorum, extendatur ad aliud, & sic utrum fiat extensio in statutis de similibus ad similia & qualiter hæc intelligantur, Bal. in l. 2. C. de patribus qui fil. distra. ubi dicit, quòd licet debet fieri extensio, tamen ubi adest statutum generale, dictans quòd statuta intelligãtur ad unguem vt iacent, non debet fieri extensio: & debet intelligi solũ in his, quę oculi uident, non in his quę percipit intellectus. Vide etiam Bart. in l. j. C. de cupressis, & Bar. in l. precibus C. de impub. & alijs substi. & Ang. in l. si ita scriptum. ff. de libe. & posthu. Bal. in l. non sine. C. de bon. quæ li. in l. milites. C. de testa. mili. vide Bal. in rub. de rescri. in l. oẽs populi, in uer. 3. no. ff. de instit. & iu. & in l. si mulier. ff. solu matri ubi Bar. uide Imol. in l. Cęsar. ff. de publicanis.

h Hæc omnia dicit Bal. in tit. de succes. feud. in usib. feudo. ubi uide omnino.

Adde, ꝙ hodie ꝑ minimã capitis diminutionem. s. per emancipationem, non tollitur ius agnationis, ita uoluit Azo in summa, ut l. frater. C. de legi. tut. Adde etiam ꝙ hodie non est differentia inter agnatos & cognatos in successione, ut auth. cessante. C. de leg. hær. & hoc uult hic gl. fi. dum dicit, quòd etiam hodie agnati non pręferuntur cognatis in tutela, sicut nec in successione.

K Quot modis tollatur tutela legitima. Aduerte, ꝙ dum glo. ista uult, quòd capitis diminutio etiã minima tollat tutelas delatas ex uerbis, & ex mente, siue snĩa tm̃; & postea uult, ꝙ illæ, q deferuntur ex ll. aliis ueteribus uel nouis, non tollantur: istud uĩ continere in se repugnantiam, cum illæ, quę deferũtur ex mẽte tm̃, uel ex extensione, sint delatæ ex legibus nouis. Nisi dicas, ꝙ deferantur ex legibus nouis, per extensionem tamen legis 12. tab. sa ctam ex eis. Secundò contrà hanc glo. opp. quia si tutela illa defertur iã capite diminutis, ut in titu. infra de fidu. tut. quomodo potest stare quæstio gl. Bene posset stare quantum ad illas legitimas tutelas, quæ deferuntur ex mente & ex uerbis simul. Et in hoc secundo nõ uideo bene, quomodo glo. possit procedere, nisi dicas quòd procederet, si tales darẽt se in arrogationem. Primò contra glo. facit. quia tutela, quę defertur ex mente tantum, vel ex extensione, defertur per nominationem, quia defertur patri & fratri: sed tutela, quę defertur per nominationem, non tollitur ꝑ minimã capitis diminutionẽ. d. l. tutelas. ergo nec ista, nisi dicas, secundum gl. illam notab. ins. de Orsi. in verbo, deferuntur s. quòd patri & fratri defertur tutela non per nomina naturæ, sed impotentia agnationem, quæ facilius tolluntur, & ad primum, dum dicto quòd talis tutela defertur capite diminutis, nõ est verum, q a illa capitis diminutio contingit in pupillis, non in tutoribus, & hoc est quod dixit gl. in l. 4. C. de leg. tut. Item dum ista glo. dicit, quòd hæreditas & tutelæ deferuntur aliquando ex mente, & non ex uerbis, puto quòd in hoc malè dicat, quamuis alij non aduertant quia hæreditas nunquam in terminis istis defertur ex mente, sed bene tutela aliquando defertur ex mente, propter hæreditatem. quam lex expressè desert, vt hic declaratur per istum. Nisi ẽt diceres sustinendo gl. quod hæreditas posset deferri de mente tm̃: nam cum uelit, ꝙ ubi est commodum hæreditatis ibi sit onus tutelæ, & ecõtra, ut ins. de legiti. patr. tut. in princ. certè si alicui deferret tutelam legitimam, mens ẽt esset ꝙ haberet hæreditatẽ. Et hoc, q̃uis in se possit esse uerum, tamẽ non inuenies fortè vbi probetur. Cogita. Item dum gl. ista tangit de triplici cognatione, quarum una est ciuilis tm̃, ut per adoptionem siue arrogationẽ, quæ est propriè agnatio, potes dubitare, nũquid huic agnato ciuiliter tm̃ deferatur legitima tutela, quod examinat hic Nicol. de Neap. & habes gl. tenentem, quòd nõ, in l. j. in prin. ff. eod. Sed tu dic ut ibi per Bart. reprobantem illam gl.

l Adde ꝙ alia est legitima tutela, quæ nec ex mẽte, nec ex uerbis legis 12. tab. nec ex identitate rationis legis. 12. tab. ut est tutela filij in potestate retẽti, quæ deferi filio uel fratri emancipato, uel econuerso, non ex uerbis, non ex mente, nec ex identitate rationis legis 12. tab. sed solum propter charitatem & fiduciam, & de ista loquitur titu. infra de fiduciaria tut. & de his uide Bart. l. 3. §. fi. ff. eod.

m Item inquantũ gl. ista uult, quòd capitis diminutio tollat solum futuras tutelas, non ãt præsentes, ista gl. reprehẽditur per alios hic, ut per Io. Fab. Nic. de Neap. & Ang. de Are. hic, per. §. sed & capitis, infra quib. mod. tut. finitur: Sed ad illum tex. posses facile respondere, quòd tollitur tutela. s. futura; non ãt pteritа, ꝑ illã l. fi. ff. unde libe. allegatam in gl. Tu allega contra gl. tex. qui non põt euitari, in l. legitimos. §. fi. & ibi Bar. ff. de leg. tut. ubi agitur actione tutelæ, ergo tutela iam erat præterita & administrata. Et quę est ratio diuersitatis inter tutelam & hæreditatem? dicunt ꝓfati Docto. quia hæreditas in uno instanti acquiritur, tutela autẽ habet actus successiuos, unde nõ potest unquam dici sortiri perfectum effectum, nimirum si tollitur quandocunque defectu suꝑueniente pluribus. §. & si placeat. ff. de uerbo. oblig. Et hanc rationem uult etiam Bar. in l. tutelas. in fi. prin. ff. de cap. dimi. Quam rationem uĩ reprahẽdere Io. Fab. & leuiter, & postea dicit, quòd in tutela tractatur de onere, in hæreditate autem regulariter de commodo. Ego puto, quòd ista sit ratio diuersitatis, nam hæreditas postquam est adita, non dicitur amplius hæreditas. glos. notab. in l. hæres quoq;. & ibi dixi. ff. de acquir. hæredi. unde nimirum si non potest tolli defectu, siue capitis diminutione superuenientibus. & in istis terminis loquitur illa. l. fi. ff. unde lib. Sed tutela semel suscepta nõ desinit propterea esse tutela, nimirum si possit tolli, ita loquũtur Doct. hic, & hanc rationem etiam sentit Bart. in d. l. fi. in princip.

TITVLVS XVI.

De capitis diminutione.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà uisum est de legitima agnatorũ tutela, nũc quia ius agnationis capitis diminutione corrũpitur. §. fi. suprà tit. 1. ideo uiso de legitima agnatorum tutela, ordine competenti sequebatur uidere de capitis diminutione, ideo subijcitur hęc rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Capitis diminutio est triplex.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*

3 *Statutum de Pa...,ne mulier possit obligari sine consensu duorũ parentum, debet intelligi de proximioribus.*
4 *Mors semper euenit diuina dispositione.*
5 *Libertus denegans alimenta patrono, potest in seruitutem reuocari.*
6 *Donatarius, qui denegat alimenta donatori, facit ut propterea donatio reuocetur, quod intellige ut ibi.*
7 *Excommunicatio est duplicis generis.*
8 *Qui deportantur, uel quibus aqua & igni interdicitur, perdunt ea quæ à iure ciuili introducta sunt.*
9 *Qui ab officio uel dignitate remouentur, non possunt testificari uel iudicare.*
10 *Obligatio naturalis quantum ad effectus, quos de iure ciuili habet, tolli potest, substantia autem eius non potest tolli.*
11 *Restitutio facta à Principe, debet intelligi ut fiat pleno iure.*
12 *Restitutus a Principe serreus, non recuperat iura matrimonij, & sic nec uxorem.*

Est autem. Capitis diminutio, q̃ est prioris status cõmutatio, in libertate, in ciuitate, & familia consistens, est triplex. Maxima, cum libertas & ciuitas perditur. Minor, quando ciuitas amittitur, libertate, & ciuitate retenta. Et priuatio præsupponit habitum, & dignitatis mutatio capitis diminutionem nõ inducit, hoc dicit. *a* Diuiditur
a pitis diminutionem nõ inducit, hoc dicit. *a* Diuiditur
b in tres. *b* In prima diffinit, in secunda diuidit, in tertia diuisionis membra prosequitur. Secunda ibi, ea quæ tribus. Tertia ibi, maxima illa. Tertia subdiuiditur in septem. Nam in prima declarat primum membrum diuisionis; in secunda, secundum; in tertia, tertium; in quarta respondet tacitæ q̃stioni: in quinta respõdet alteri q̃stioni: in sexta limitat, quod dictum fuit in §. fin. supra tit. i. in septima declarat mentem legis 12. tab. relatam supra in princ. tit. 1. Secunda ibi, minor. Tertia ibi, minima. Quarta ibi, secundum autem. Quinta ibi, quibus. Sexta ibi, quod autẽ. Septima ibi, cum autẽ. In tex. ibi, cœperunt, ut est in arrogatione. No. primò, dif
1 finitionẽ diminutionis capitis. Item no. † cã eẽ triplicem: Maximã, cũ ciuitas & libertas pditur: Mediam, cũ
c ciuitas perditur libertate retenta: Minimã, *c* cũ familia perditur, ciuitate & libertate retenta. No. in uer. seruus, seruum manumissum capite non minui. Ratio, quia nullũ caput habuerat. Ex quo colligitis, ꝙ
2 † priuatio p̃supponit habitũ. cõcor. l. decem. de verb. obl. cum si. Ex ver. quibus, no. remotũ à dignitate capite non minui. No. ex uersi. ꝙ autem. ius cognationis tolli, maxima & media capitis diminõe, non ãt minima. Finaliter no. ꝙ licẽt tex 12. tab. indistinctẽ uocauerit agnatos ad tutelam, debet tamen intelligi de p̃-
d ximioribus. *d* Ex quo dicunt Doc. ꝙ † si statutũ dicta
3 uerit, ꝙ mulier non possit obligari sine consensu duo
e rũ parentũ, debet intelligi d̃ parẽtibus *e* proximioribus, aliter obligatio esset nulla. Nã, cũ statutũ cõfidat parentibus, eo ꝙ neutri sunt ad hæreditatem mulieris, cũ proximioribus hæreditas deferatur, debent intelligi proximiores uocati ad omnia autorizãdi. §. i. inst. ti. i. de quo id l. fi. C. de uerb. sig. Si tñ non haberet nisi unum parentem, sufficeret illũ adhibere. l. Stichũ, quẽ meus erit. de le. 1. & ibi Bar. Salubre tamen consilium esset, ꝙ autoritas iudicis interponeretur. arg. l. pen. C. qui admitti bonorũ possessionẽ poss. In fi. gl. com-
f mutatio. *f* dicite ꝙ † mors semp euenit diuina disposi
4 tione, & homines ergo morietes, & illud philosophi, separatur hoc ab hoc tanquã perpetuũ à corruptibili. & Seneca. Prima dies dedit extremũ, sed modus mortis relictus est proprio arbitrio & libero. Vnde scriptum est: Sapiens dominabitur astris. De quo disputabunt theologi. In fi. gl. in uer. maxima. ibi, damnatus. contra hoc oppo. de l. qui ultimo. ff. de pœ. Solu. dicit Bar. in d. l. qui ultimo. ꝙ aut quis damnatur ad mortẽ naturalem, puta insulã uel metallũ, & tunc hodie nõ efficitur seruus pœnæ, adeò ꝙ testamẽtũ facere poterit; nec prius factũ, irritabitur. d. §. si uerò. in Authen. de nupt. & in authẽ. sed hodie. C. de donat. inter uir.
5 & uxo. In glos. libertus. ibi. l. necare. No. † libertũ denegantẽ alimenta patrono, posse ab eo in seruitutem
6 reuocari. Simile dixit glo. in l. fi. C. de reu. don. † donatarius si denegauerit alimenta donatori, potest donatio ei facta reuocari: quia qui negat alimenta, uidetur uitæ insidiari. l. necare. ff. de lib. agno. ergo poterit donatio reuocari. d. l. fi. C. de reuo. do. Contrarium determinat gl. in regula iuris, condemnationis. Sed Doct. cõcordant in hoc fœdere distinctionis. Aut loquimur in donatore, qui donauit uniuersa bona, uel maiorẽ partẽ bonorũ, & tunc reuocari poterit donatio talis, si eidẽ à donatario alimenta denegẽtur; quia talis donatarius æquiparatur patri, cui alimenta debentur. l. si patronus. ff. de confir. tut. iuncta. l. si quis à liber. ff. de lib. agno. & ita loquitur gl. in d. l. fi. Aut loquimur in donatore paruæ quãtitatis uel rei, & tunc non põt reuocari donatio propter alimenta denegata: quia ratione ita paruæ rei donatæ, non est æquũ donatariũ ad alimenta præstanda cõpelli, & ita loquitur glo. & ita Doct. cõiter sequũtur, idem dicentes in filio emãcipato, si patri alimenta deneget, ut in patriam potestatem redigi possit. Et idem in uasallo denegante alimenta domino egẽti, ut possit priuari feudo. Nã si tenetur defendere dominũ ab inimico, multo magis à fame ipsa inimica. c. i. de no. for. fidel. in usib. feu. In gl.
g inter dictũ. *g* ibi, denegantur. uos dicite clarius, ꝙ ha-
7 bemus † duplicẽ excõicatum: unũ excõicatione maiori, & huic denegatur participatio sacramentorum & cõio hominum, ita ꝙ nemo sibi cõicare poterit. Item
h habemus *h* excõicatum excõicatione minori, & huic denegatur participatio sacramentorum solum, non autem communio hominũ. c. à nobis. extra de excep.
8 In fi. & est ratio, † quia illi, qui deportantur, uel qbus aqua & igni interdicitur, perdunt ea quæ sunt à iure ciuili introducta. l. quidam. ff. de pœnis. Vnde, cùm cõfectio testamenti sit de iure ciuili. l. 3. ff. de testa. nimirum si eam perdunt. d. l. si quis filio. §. eius non autem perdunt ea, q̃ sunt de iure naturali. l. manumissionis. ff. de iusti. & iu. In fi. glo. in uer. insulam. ratio est specialitatis propter enormitatem supremam criminis, ut ibi habetur. In fi. glos. in uer. subiecti. no. ꝙ remotio unius impedimenti, non firmat actionem durãte alio impedimento. pro quo l. si nõ lex. ff. de hæredi. instituen. In glo. seruus. ibi, capitale. Doct. aliter respondent, uidelicet quòd ibi loquitur de crimine capitali, per quod ueniebat caput naturaliter abscindẽdum: q̃ pœnam per naturam seruus bene potest pati. hic autem loquitur de capite ciuili, id est, de statu
i familiæ, *i* quod non potest in seruo cadere. In
9 glos. quibus constat, in fine, no. quòd remotus † à dignitate uel officio, non poterit amodo testificari,

uel iudicare: unde officiales condemnati & syndicati
ꝓ illud, quod uulgo barattariam appellant, efficiun
tur intestabiles, nec unquam ad officia pñt aspirare.
Dixit tamen Bar. esse salubre consiliũ, ꝙ quãdo officia
lis meretur cõdemnari, adeat syndicatorem, & dicat,
in quanta summa uultis me cõdemnare? & illam sum
mam prius exoluat; quo facto snïa erit absolutoria. §.
fi. inf. de perpe. & temp. actio. l. si reus paratus. ff. de ꝓ-
cu. Dixit tñ sing. Bar. in suo tract. de syndi. quòd si of-
ficialis non sit accusatus in termino coram syndica-
tore, poterit elapso termino in sua pria conueniri co
rã iudice suo. all. gl. aureã in l. a. in fi. gl. magnæ. ff. ad
leg. Iul. repe. In fi. gl. io uerbo, cognationis. Ex hoc di-
30 xit Do. Christoph. ꝙ † licet obligatio naturalis posit
tolli quo ad effectus tributos à iure ciuili, hoc ẽ, quò
ad retinendũ solutũ, & compesandum debitum cũ
debito: ipsa tamẽ substantia obligationis naturalis nõ
potest tolli. Ex quo sequiẽ multiplex effectus, de quo
K in l. cũ. de fideiussõ. In glo. manumissus K ibi, & l. a. no.
quòd licèt restituto seruo intelligatur restituta co-
gnatio, non tamen intelligitur restituta eo manumis-
31 so. Rõ dñiæ, quia † restitutio facta à Principe debet
intelligi ut fiat pleno iure. l. fi. C. de sen. pass. unde, ut
pleno iure facta intelligatur, dicimus ius cognationis
intelligi restitutum. Sed de natura manumissionis nõ
est aliquem restituere in priorem statum, sed solùm
detegere nubeculam seruitutis. l. manumissiones. ff.
de iust. & iu. unde nimirum si cognatio deperdita nõ
restituitur. Ex quibus infert Io. Fab. quòd Lazarus re-
suscitatus debet recuperare bona sua & ius familiæ.
Nã si restitutus à Principe terreno recuperat bona
sua & ius familiæ, multo magis restitutus à Principe
per miraculum, argum. in authen. multo magis. C. de
sacrosan. eccl. & est glo. or. in l. nã ad ea. ff. de leg. non
32 tñ recuperaret uxorem, quia † nec restitutus a Princi
pe terreno recuperat ius matrimonii, & sic nec uxo-
rem. l. non ut a patre, & l. cum duæ. §. fin. ff. de capti.
quia iã matrimoniũ contractũ euanuit nec fumus uo-
luntate utrinsque, per seruitutem subsecutã, unde fi-
ctio nihil potest operari. l. necessariò. §. i. ff. de peri. &
comm. rei uend. & glo. quæ hoc sentit in d. l. cũ duæ.
l *l* Ibi, legatum. hæc bona. In fi. gl. dicatis, ut ibi plenè di
m cetur. *m* Ex fi. gl. in uér. gradu. colligitis notabiliter, ꝙ
lex noua corrigens antiquã, licèt in uno casu tantum
corrigendo loquatur, extenditur tamen ad alium ex
identitate rationis, cui est gl. similis supra, ti. a. in gl. fi.

ADDITIONES.

a [a] Vel sic. Capitis dimẽnutio, quę est prioris status mutatio, est triplex. hoc primò. & priuatio præsupponit habitũ. hoc secundo. Et mutatio dignitatis non inducit capitis diminutionem; hoc tertiò. Et cognatio tolliẽ per maximam & mediam capitis diminutionem. hoc quartò. Et tutela defertur ad proximiorem, siue vnus sit, siue plures. hoc dicit quintò & ultimò.

b Vel potest totus tit. diuidi in sex partes principales. In prima diffinit capitis diminutionem. In secunda diuidit & ponit, quotuplex sit capitis diminutio. In tertia prosequitur declarãdo membra ipsius diuisionis. In quarta remouet duo dubia. In quĩta litat dictum in ti. præced. In sexta declarat d. l. 12. tabu. relatã sup. in priu. tit. præced. Secũda ibi, eaq; tribus. Tertia ibi, maxima. Quarta ibi, seruus autem. Quinta ibi, quod autem dictum est. Sexta & ultima ibi, cum autem ad agnatos.

c No ex. §. minima. ibi, emancipatos. quod per emancipationem dicit filiusfa. capite minui, & adeo qđ prioribus obligationibus contractis sub potestate patria liberetur de iure ciuili: sed prętor uidens contrahentes cum filio decipi per capitis diminutionem, ipsum contrahentem restituit ad oĩa iura insolidum cõtra filiũ, per l. j. §. i. ff. eo. qui tñ prætor postea modificauit, ut in casib. filius solum teneatur, inquantum facere potest: quos casus habes in l. i. & 2. ff. quod cũ en. & ibi Bar. Adde tñ, quòd licet filius in illis casib. non teneatur nisi quatenus facere potest, tamen potest contra eum libellus porrigi insolidum, & ille debet opponere de beneficio suo, vt tunc solum condemnetur, quatenus facere potest: tex. est in l. pater filio. & ibi Bar. ff. quòd cum eo.

d Facit text. not. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. & sic lex 12. tab. uoluit, quòd apud illum penes quem erat spes hæreditatis, esset etiã onus tutelæ, ut inf. tit. j. in prin. & l. 1. in prin ff. de leg. tu. Sed uidetur, quòd dispositio istius. l. 12. tab in hoc fuerit iniqua: Nam cũ tutor principaliter detur personæ, & in consequentiam rebus. §. certæ rei. sup. de tut. quamuis proximior quantum ad res pupilli gubernãdas sit præsumendus magis idoneus, quia propter spẽ hæreditatis diligentius gubernabit: tamen quantum ad ꝑsonã pupilli, quam habet gubernare, est magis suspectus: nam cum speret successionẽ, insidiabitur uitæ pupilli magis quam remotior, qui non sperat successionem, & quod sit magis suspectus, est text. clarus in l. fi. C. ubi pupillus educ. deb. Licet ergo quo ad res pupilli lex benę prouideat dando proximiorem, tamen quãtum ad personam, quæ principaliter debuit esse in cõsideratione, prouidet de magis suspecto. s. de proximiore: ergo iniquè. Io Fa. i prin. ti. præced. respondet, quòd lex considerauit tantum quòd proximior res pupilli ꝑ ꝑ spem hæreditatis diligentius gubernabit: & secundum eum, si in eo erit suspicio, non morabitur pupillus, nec penes eum educabitur. d. l. fi. cum gl. C. ubi pup. educ. debeat. Sed ista sol. nõ euacuat difficultatem. Nam cum proximior sit magis suspectus ad ꝑsonam pupilli, lex melius fecisset deferre tutelam remotiori, non considerato quòd proximior res diligentius gubernabit, cum res sint secundario & in consequentiam considerãdæ, persona autem principaliter, cui principaliter prouideri debet de bonis. Ego credo, quòd non possit aliud dici, nisi quod tutela delata proximiori agnato, non est illa, quæ inuitet illum proximiorem agnatum ad insidiandum uitæ pupilli: quia etiam sine illa tutela ita posset insidiari, sicut cum ea. Et si dicis, quòd ꝓpter istam tutelam hẽbit faciliorem modum insidiandi, respondeo, ꝙ lex prouidit per ti. ff. ubi pup. edu. deb. & C. eo ti. Et istud est, quod propriè, uoluit dicere Io. Fab. ut sup. retuli. Et ad istũ tex. no: ꝙ si sunt plures proximi, omnes admittuntur, ut hic quia tamen securius expediũtur commissa negotia pluribus, ut no. inf. de satis. tu. in prin. poterit administratio uni committi. casus est in l. legitimos. §. in legitimis. ff. de legi. tu.

e De statuto, de quo supra, an debeant interuenire affines ꝓximiores, uel ne, uide Bal. in d. l. fi. & in rub. C. de contrahen. emp. & 14. q. 7. l. 1. C. unde uir & uxor. Ad sc̃dm, quòd quãdo adest solum unus affinis proximus, debet interuenire cum eius consensu, & cõsensus alterius existentis in secundo gradu, hoc uoluit Bartol. in l. Stichum, hic all. Idem Bal. in l. in copulandis. C. de nup. Et de materia huius statuti, qualiter debet fieri, quando proximiores uolunt consentire, & qualiter affines sint citandi & expectandi, uide plenè ubi sup. & uide Bal. in c. j. de cõsue. rectĩ feu. & in l. cũ nõ solum. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib & in dr. 24. q. 7. in c. mater, ad fi. C. de rei uẽd. Pan. in c. quoties. & ibi scripsi, extra de test. & in c. causam. extra de off. del. An autem debeat citari pars aliqua, quando debent adesse parentes, uide Bal. & Ang. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius uoc. in l. 3. §. causa cognita. de bon. poss. Bar. notab. in l. 2. de off. procons. qui dicit, quod quando agitur de iudicio tertij, debet citari, &c.

f Aduerte tamẽ, dum glo. hic in uer. commutatio. subaudit ad tex. & ad dispõnem, facto hominis interueniente, puto quòd ista subauditio non sit necessaria, & ideo in d. l. filiusfa. §. fi. per mortem patris filius capite nõ minuitur, non eo quia interueniat factum Dei, ut hic dicit gl. sed eo quia per mortem patris filius nõ mutat familiam, & sic nec statũ. l. pronunciatio. §. familiæ. in uer. cõi iure. ff. de uer. sig. quod requiritur in cap. dim. Vñ ista non est bona consequẽtia, filius efficitur sui iuris, ergo capite minuitur, quia ẽt requiritur, ꝙ mutet familiam. casus ẽ in d. l. fi. filiusfa. §. fi. & iste est ꝓprius intellectꝰ illius. Similiter puto, ꝙ ꝑ deportationẽ pr̃is filius non minuitur capite, eadẽ rõne, quia licèt efficit sui iuris, tñ nõ mutat familiã. casus est, q aliàs fortissimè obstaret, in l. 3. ff. de interdi. & releg. ubi dr̃ ꝙ ꝑ deportationẽ pr̃is, filius non ꝑdit ius agnationis, qđ tñ ꝑderet, si eẽt uerũ, eũ capite minui, ut §. fi. sup. de legit. agna. tut. & l. tutelas. in prin. ff. eo. Et ista est mora

ra ueritas, licèt Glo. omnes & Doct. teneant contrarium.

g Nota ex ista glos. uer. interdictum, quòd interdictio aquæ & ignis, & deportatio, & excommunicatio æquiparãtur, sed loco illius pœnę interdictionis aquæ & ignis hodie successit deporto. l. 3. ff. ad l. Iul. peculat. Et excõmunicatus æquiparatur ei, quia cum publicè & nominatim excõicato nõ licet participare, alias sciẽter participans incidit in excõmunicationẽ, ut in c. cũ desideres, extra de sen. excõ. & sicut deportatus perdit ea, quæ sunt iuris ciuilis, ut non possit agere, postulare, nec in iudicio sistere, ut no. in l. quidã. ff. de pœn. ita nõ potest & excõicatus, ut in c. decernimus. de sen. exc. in 6. An autẽ tabellio excõicatus põt conficere instrumẽtũ. glos. in d. c. decernimus. concludit quòd non. & hoc si est notoriè excõicatus, secus si occultè uel manifestè, sed hoc non potest probari.

h Ista glo. est singularis, ut per Nic. de Neap. sed malè dicit; nam deportatus non potest facere testm̃, ut i gl. & tamẽ excõicatus sic. auth. credẽtes. de hæreti. Et ꝓpterea secũdũ ꝙ hic dicũt Io. Fab. & Aug. de Are. & Nic. de Nea. excõmunicatus eqparatur relegato & est gl. in c. pasto. ext. de app. in gl. fi. qa sicut relegatus pt facere testamẽtũ. l. relegatorũ. §. differẽtia. ff. de ĩterdi. & releg. ita & iste.

i An autẽ excõicatus possit testari, & sic procedat hic gl. ut i hoc æquiparetur deportato, qui testari non põt, ut no. in dicta l. quidam, in hoc fuerunt opiniones. Nã Arch. & alii, in c. pia, de exce. in vj. tenuerunt ꝙ æquiparetur & in hoc deportato, ut non possit testari. Sed Io. And. in d. c. decernimus, concludit quòd possit, nisi sit excõmunicatus pro hæresi, uel pro usuris. & hæc est communis opinio, quam sequitur Bal. in l. fi. C. si a non cõpe. iu. An ãt excõmunicatus possit esse procurator. Dic ꝙ non, c. post cessionẽ. extra de prob. Similiter nec iudex, si est publicè excommunicatus: secus si occultè, ut c. ad probandum. de re iudi. & ibi not. & c. exceptiones. extra de except. nec arbiter, ut nuli gl. in l. Pedius. ff. de arbit. nec etiam potest esse ancianus, deputatus ad regimẽ ciuitatis ut in c. fi. extra de exce. Et no. quòd exceptio excõmunicationis potest opponi in quacunque parte iudicii, & etiam post sententiam in executione: & potest nedum semel, sed etiam bis opponi in eadem instãtia ab eo, qui prius opposuit & nõ probauit, & debet probari intra octo dies, alias iudex procedit in causa. Quinimò si non opponitur hæc exceptio, & iudex scit actorẽ publice excommunicatum, debet illum repellere, ut notatur in d. c. pia, de except. in 6. & in d. c. exceptiones.

k Vlt. no. ex §. quibus, quòd per arrogationem uel diminutionem dignitatis, non dicitur quis capite minui. Et facit ad quæstionẽ de eo, qui promisit dare scachum mattum cum pedona, & dedit ea effecta domina, an obtineat, uel perdat. Et uidetur quòd obtineat, quia dignitas superueniens non mouit statum rei, ut hic, & l. pen. ff. de sena. Sed Richar. Malumb. Cyn. & Sali. tenẽt oppositum: quia de domina mutauit officium, quodammodo ꝑmoueatur per transuersum, ubi prius rectè, & sicut extinguitur per artificium officium, ita per contra officium. l. legatus. §. de officio. ff. de leg. 3. & ibi per Bartol. & Cy. & Sali. in l. 2. C. de execu. tu. & per Bar. in l. falsa demonstratio. ff. de cond. & dem.

l No. ex glo. manumissus, iuncta cum tex. quòd à priuatione ad habitũ non est facile redire, ut hic, & l. homo liber. ff. de sta. ho. & hoc uerũ, nisi priuatio coaluesceret de facto, quia tũc quis de facili reducitur ad habitũ, ut. §. fin. supra de ingenuis. uel nisi primus habitus rei, non fuisset omnino extinctus, quia sublato impedimẽto remanet habitus. l. necessariã, de regu. iur. facit l. si unus. §. pactus, uer. quod in specie. ff. de pact.

m Sed ista rõ nihil ualet, qa sic expirauerat ius patriæ potestatis, & tamen restituitur. §. j. & ibi dixi, ĩ. quib. mod. ius pat. pote. solui.

n Vide omnino ad istum finem gl. & ad istam glos. Bar. post gln. in l. j. in fi. ff. de contrat. ab.

TITVLVS XVII.

De legitima patronorum tutela.

Continuatur ad praecedentes sic: Supra uisum est de legitima agnatorum tutela, uerum quia est alia quæ appellatur legitima, ideo de ea tractaturus Imperator intitulauit de legitima patronorum tutela. Sequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Quod prouenit ex mente legis, dicitur prouenire ex lege.*
2 *Qui sentit commodum, debet & incommodum sentire, & è contrario.*
3 *Doctor minor 25. annis non potest in integrum restitui.*
4 *An patroni legitimi tutores teneantur satisdare rem pupilli saluam fore.*

Ex eadem Lege. Ad tutelam libertorũ uel
libertarum impuberum uocá-
a tur patroni, *a* quæ tutela legitima appellatur, non ex
uerbis, sed ex mente legis duodecim tabularum, & qđ
est ex mente, dicitur esse ex lege. hoc dicit. Diuiditur
in quatuor. Nam in prima ponit dictum. In secunda re
spondet tacitæ obiectioni. In tertia declarat respõsum
suum. In quarta procedit ulterius declarando. Secun-
da ibi, non quia nominatim. Tertia ibi, eo enim ipso.
b Quarta ibi, cum & agnatos. *b* No. primò, patronos &
eorum liberos ad tutelá libertorum uocari & liberta
1 rum impuberum ex lege 12. tab. Secundò no. ꝙ † id,
qđ prouenit ex mẽte legis, dicitur prouenire ex lege.
concordat. l. ex. l. legitimos. ff. de leg. tut. Ratio, quia ra
tio legis, legẽ uincit, & ei spiritum infert. c. consuetu-
do. distinct. i. l. nominis & rei. §. i. de uerb. signi. cũ si-
milib. Impropriè igitur, ut mihi uidetur, loquũtur, q
dixere, legẽ corrigentem in uno casu, ex identitate ra-
tionis extendi, quia ubi est eadem ratio legis, non di-
citur extendi lex, sed uerius ipsa lex loqui, sicut dici-
tur in simili: nam licèt lex duodecim tabu. non uoca-
uit ex uerbis patronos ad tutelam, tamen quia uoca-
c uit ex mente, *c* non dicitur ipsa lex loquens in agna-
tis, extendi ad patronos, sed potius de patronis loqui.
Patet, quia eorum quoque tutela est legitima appella-
ta, fateor tamen uerba extendi. Item no. regulam na-
2 turæ, † quia eum quem ipsa commoda comitantur, in
commoda quoque & onera sequuntur. concordat
d regula iuris, secundum naturam. Itẽ no. *d* ꝙ licèt ali-
quando eueniat, ut quis non patiatur incommodum
tutelæ, tamen uocatur ad commodum hæreditatis: qa
exclusio unius separatorum, non arguit exclusionem
alterius. concor. l. i. §. interdum. ff. de legi. tu. Et dixit
Bal. determinari quæstionẽ: Accursius habebat duos
filios, unum minorem 25. annis, alterum uerò maio-
rem, quos uolebat doctorari in iure ciuili. Pone, ꝙ
minor non possit aspirare ad gradum doctoratus, qa
Doctor habet iurisdictionẽ inter scholares, authent.
habita. C. ne filius pro patre. quam iurisdictionem
non potest minor exercere. l. quidam consulebat. ff. de
re iudi. unde cũ nõ possit succedere in honore, nõ ui
debatur posse succedere in onere. Contrarium fuit
determinatum; quia licèt non succedat in onere, suc
cedit tamen in honore, ut hic in patrona, quæ succe-
dit in hæreditate, alius autem in tutela. Item quia se-
parata est dignitas doctoratus, & honor administrá-
dæ iurisdictionis, quia non omnes Doctores legunt
actu, sed plerunque se ad practicas conferunt. pro
quo est gl. ordi. in l. professio. C. de mun. pat. lib.
x. quæ dicit aliud singulare, quòd † Legum Doctor
3 minor 25. annis, læsus in iure, non potest in integrũ
restitui. Item no. aliquando euenire, ꝙ licèt quis non
succedat in onere, tamen succedit in commodo & in
honore. ꝓ quo facit gl. not. in l. cõtinuus. §. si ab eo. ff.
de uerbo. obli. quæ dixit, quòd si Doctor habẽs in feu
dum castrum pro allegationibus, quas facere dño
debebat, moriatur relicto filio non Doctore, ꝙ filius
succedit in feudum. & dicatis, ut ibi. Itẽ facit, ꝙ si Do-
ctor actu legẽs moriatur relicto filio non Doctore hę
rede, quòd scholares qui debebãt patri pecunias pro

promo-

pro motione, debeant quoque filio hæredi de quo per Bar. in l. 2. ff. de uariis & extraor. cogni. Finaliter no. dictum pleruuque significare regulam in contra
e rium. concord. l. plerunque. ff. de iu. do. *e* Glo. in uer.
f patronos. *f* In fi. gl. legitime. no. licèt agnati tutores legitimi teneantur satisdare rē pupilli saluā fore indi-
4 stinctè, † patroni tamen tutores legitimi nō tenētur satisdare, nisi uulgares personæ essent, aut tutor nimis magnarum facultatum esset. & idem tenet gl. in l. legitimos. ff. eo. Bart. reprobas has glo. & ego puto uerum, quia id quòd statuitur in patronis ut satisdare non teneantur, intelligitur quoq; statutum in legitimis agnatis tutoribus. Mouetur per d. l. legitimos. §. i. Suadeo hæc ratione. Nā si illud ē tributū patronis, ut indistinctè nō teneant satisdare, q. uocati sūt ex sola mēte legis, quāto magis tributū intelligit agnatis, qui
g uocati sunt nō modo ex mēte legis, sed ēt ex uerbis. *g*

ADDITIONES.

a Circa quæ succedat patronus liberto, uide per glo. suprà quibus mod. ius patr. potest. sol. in uerbo, patroni.

b Vel diuide in tres. In prima ponit rationem, quare tutela delata patronis dicatur legitima. In secūda rationem declarat. In tertia illam comprobat.

c Adde, q mens statuti uel legis colligitur ex præfationibus. ff. de ori. iur. l. i. & l. fi. ff. de hær. inst. & per Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab or. fac. Et competit directa actio pro eo, quod prouenit ex mente legis, sicut ex uerbis, de quo plenè per gl. & Bart. in l. curatoris. C. de neg. gest. Imò qñ sententia & mens legis est clara, debemus seruare mentem, & recedere à uerbis etiam in pœnalibus & odiosis, scd'm gl. no. in c. si postquam. de elect. lib. 6. quia mēs legis dicitur lex. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat. & si non cōstat de mente, non est recedendum à uerbis. l. nō aliter. de leg. 3. & l. prospexit. ff. qui & à quibus. & ideo si statutum puniat recipientem aliquem in domo, debet intelligi de recipiente fraudulēter, q a ita est eius mens. l. quicunque. C. de ser. fugi. Vltimò circa hoc, an mens & uerba legis debeant attendi. conclude primò, q ubi mens est omnino dubia, non ē recedendū à uerbis legis. l. non aliter. ff. de leg. 3. nam tunc, quando non potest apparere de mēte legis uel statuti, uerba quantumcunq; dura, sunt attendēda. l. prospexit. ff. qui & à quib. licet aliqui dicant q illa lex, quæ caret spirito, est iniqua, statuendo q serui sciētes & ignorantes grauētur ex adulterio à dño suo. Sol. Conclude, ubi mens est certa uerbis oīno repugnans, tunc si sunt ꝓlata uerba ab hoīe, meritò seruaē. l. si quis in fundi uocabulo. de leg. i. l. in ambiguo. de reb. dub. Si āt sunt prolata à lege, tunc si constat de mēte p aliā scripturā, illam sequimur, uel stamus uerbis, ut no. gl. 2. in l. non dubium. C. de legi. Ergo conclude, q ubi mens est diuersa à uerbis, quia se hēt in plus uel minus q̄ uerba, tunc si sunt ꝓlata ab hoīe, seruamus mētē legis. l. liberorum. § q tñ Cassius. de leg 3. Si āt sunt ꝓlata à lege, tunc si mens se habet in minus, ut est q q s non puniaē indebitè, cum uerba non sint generalia, tunc præualet mens, ut not. in l. 2. C. de noxa. l. omnes. C. sine censu, uel reliquis. Si āt mens se habet in plus, similiter præualet mens, si alibi sint scripta, ut d. gl. in l. non dubium. Et idem, si non sit scripta, dummodo habeat euidentem rationem, de qua cōstet, ut in casibus, quibus quis facit fraudem legi. qui not. in l. contra legem. ff. de legi.

d Adde & no. ultimò ex hoc tex. cum gl. q licèt fœmina succederet pupillo, tamen non potest esse eius tutrix. facit. l. fi. ff. de tu. fal lit in matre & auia, quæ possunt esse tutrices, ut hic in glo. & auth. ut liceat matri & auiæ, &c. & hoc si ipsę renuncient Velleiano, & facient alia requisita, de quibus plenè per Bar. in l. si quis sub conditione. ff. de tute.

e Vltimò no. q tutela est on⁹, quod facit, si statuto disponitur, q quis nō possit habere officium, nec beneficium, nec honorem, in aliquā ciuitate, non excludetur à tutela, quia est onus, nec delictū suum debet ad aliud quam onus sibi patrocinari. de quo per Bar. & gl. in l. tutela §. sed si hæc. ff. de legi. tuto.

3 ne rei, insurgit q̃ † nõ solũ q̃s rẽ propriã, sed & alienam uendere põt, non tñ in præiudicium dñi, sed in præiudicium ipsius uenditoris. l. rem alienã. de cõtra. emp. Pignorare ãt rem alienã nemo põt. l. aliena res. ff. de pig. act. Rõ drĩæ: nam in re pignori data, ius cõstituit creditori ꝑ debitorẽ. l. j. de pig. act. uñ cũ debitor in re aliena nullum ius hẽt, pignorare illam non p̃t: sed in re, quæ uenditur, de necessitate ius emptori nõ constituit, imò uẽditor sola tradõe liberatur. d. l. ex empto. ff. de act. emp. vñ nimirũ si res aliena p̃t uẽdi, & ẽ gl. in l. rem alienã. de contr. emp. Addite prędictis,
4 q̃ † si q̃s uẽderet rẽ ea lege, q̃ teneretur in emptorẽ trãsferre dñium, talis contractus uẽdõnis esset nullus, sed vt cõtractus innoĩatus teneret. tex. est sing. in l. fi. ff. de cond. ob. cau. Eodẽ mõ si uenderet, ut non teneretur transferre dñium contractus emptionis & uendõnis annullaretur. Debet igr̃ simpliciter agi, ut res uendita tradatur, de dñio transferendo uel non trãsferẽdo nihil dicatur, tex. est sing. in l. cũ manu sata. §. fi. ff. de cõtrah. emp. Itẽ no. paria esse, p̃tium solui, uel aliter satis fieri; qđ uerũ est si creditor hoc patitur. eo ãt inuito
5 aliud ꝓ alio solui nõ p̃t. l. 2. ff. si cer. pe. † No. paria esse
b p̃tiũ *b* solui, uel uenditorẽ emptoris fidẽ seq̃, ut in eũ dñium trãsferatur. conc. l. qđ uẽdidi. ff. de cõtra. emp. No. in eo. uer. nihil referre, an q̃s rẽ suã tradat, an ue-
6 ro alius eius noĩe & uolũtate; quia † qui ꝑ aliũ facit, ipse fecisse vr̃. l. ita ãt. §. gessisse. ff. de admi. tu. Vlt. no. negotiorum gestorẽ cũ libera, posse rem dñi uendere, &
c uenditam tradere. Gl. super uer. ius. in fi. *c* No. † uendi-
7 torẽ rem uenditã iure pignoris retinere posse qđ ad sibi p̃tium soluatur, uel aliter satisfiat. Sed cõtra: nam pignus & dñium cõcurrere non p̃nt. l. nec pignus. ff. de reg. iu. qualiter igr̃ poterit uenditor iure pignoris rem suam retinere. Sol. nõ est ꝓpriè pignus, sed quasi pignus. & ita loquitur. §. offerre. in glo. allegatus. Vel aliter: Pignus & dñium concurrere non p̃nt, q̃ñ tale dñium est immutabile & irreuocabile. d. l. nec pignus. at quãdo dñium est commutabile & reuocabile, ut est in casu nr̃o, q̃a res uendita ꝑ emptorem à uenditore reuocari p̃t soluto p̃tio, tunc pignus & dñium bñ cõcurrũt. l. ex sextãte. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. Glo. sup uer. lex, in fi. Sentit hęc gl. q̃ dñium rei uẽditæ & traditæ pretio soluto, trãsfertur in emptorem de iure ciuili. Sed gl. ita intellecta malè loquitur, q̃a imò trãsfertur de iure gentium, cũ iure gen. traditio interueniat. l. tradõnib. C. de pac. Item quia tractatur solũmodò de modis acquirẽdi dñia de iure gen. Vñ ad istum tex. rñdet Bal. q̃ trãsfertur dominiũ de iure gentium inuentione, sed de iure ciuili approbõne, qđ approbauit cõtractũ uendõnis, & dedit formã, q̃ traditione rei uenditæ dominiũ non trãsferatur, nisi p̃tiũ solutũ fuerit, uel aliter satisfactũ. Et hoc est, qđ voluit hęc lr̃a, cũ dixit, hoc caueri. l. 12. tab. i. iuris gentiũ inuentione, sed iuris ciuilis approbõne & formatione. Gl. sup uer. emptoris. ibi, ponere. No. hãc gl. cui conc. gl. in l. quod uendidi. de contrah. empt. & in l. procuratoris. §. pen. de trib. & cõiter hæc gl. approbatur. facit. l. solutionem. C. de euict. Suadetur rõne, quia licuit emptori purgare morã post terminum. c. potuit. c. ꝑ sterilitatem. extra de loca. l. & si post tres. ff. si q̃s cau. l. si ita quis. § Seia. ff. de uer. obl. Amplius. si iurasset soluere pretium ad terminum, si soluat elapso termino, euitat pœnã periurij. allego gl. sing. in c. apud misericordem. 32. q. j. Si. n. admittitur purgatio moræ in euitãda pœna statuta à lege uel ab hoĩe priuato, multo magis à Deo euitabitur, cũ mitiori modo cũ Deo agatur. arg.
8 in l. Celsus. ff. de rece. arb. in ead. glo. in fi. no. ex gl. † re uendita & tradita, in dubio p̃sumi, uenditorẽ secutũ fuisse emptoris fidẽ, idẽ tenuit gl. in l. ꝓcurator. §. pe. de tribu. & cõiter approbatur. Nõ ob. §. sed si dedi. de
9 contrah. emp. & §. nr̃. Nam si quæratur, an † q̃s possit
d hẽre fidẽ de pretio, *d* hoc est, dare terminũ ad consol uẽdũ emptori: dicite, q̃ si quidem est dñs rei qui uendit, tunc res est clara, quia potest: in re. n. sua est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man. Aut est procurator, qui uẽdit: & tunc aut est procurator oĩum bo
e norũ cum libera, & põt, ut hic. Aut est procurator *e* spãlis ad uendendum, aut est procurator constitutus à fisco, & tunc non põt hẽre fidem de pretio, imo uendere debet p̃nti pecunia. l. si procu. ĩ fi. ff. de iu. fis. Aut est procurator constitutus à priuato, ut hic; aut hẽt mandatum uendendi pretio limitato, & tunc si uendat illo pretio, non potest sequi fidem emptoris [illegible] tio, q̃a diceretur uendere minori p̃tio & t̃pe, & sic cõtra formã mandati. §. plus. inf. de actio. iũcta l. diligenter.

cere-

ff.mand. Aut non hēt limitatum pretium quo uen-
dat,& tūc pt sequi fidem.l.qui Romæ.§.Callimachus.
ff.de uer.ob.Fallit isto casu,qñ haberem mandatum il
lud pretium conuertendi ad aliquã cām, quæ indige
ret præsenti solutione.l.à diuo Pio.§.si super rebus.
ff.de iud.Dixit tñ sing.Bart.ꝙ si in instrō reperiretur,
qualiter procurator meus cōfessus fuit habuisse & re
cepisse pretium, hæc confessio mihi nō præiudicat,
neq; emptorē à me liberat,nisi in instrō diceret, fuit
confessus habuisse & recepisse pretiū in præsentia
mei Notarii ei numeratū.Rō, quia talis cōfessio ubi
de numerōe non apparet,sapit materiã donationis.
alleg.tex in l.j.§.si mutuam.uersi. planè. ff. si quid in
frau.pat.Sed procurator meus donare mea non pt.l.
creditor.§.fi.ff.mand.ergo confessio non præiudicat.
ita no.Bar.in l.2.§.fi.ff si cert.pet.Et ideo estote cau-
ti,ut in instrō apponi faciatis,pretiū fuisse realiter e-
numeratū.Gl.super uer.nihil,in fi.No.ꝙ illeq p aliū
10 facit, ipse facere uř.Sed hic dubitaſ,an † illeq p aliū
facit,ipse propriè facere dicaſ.Vř ꝙ sic,p l.certè. §. j.
ff.de preca.Secundò per l.itē Mela, in prin. ff. ad leg.
Aq.Tertiò per c.mulieres.in fi.extra de sen.exc.In cō
trarium,ꝙ impropriè facere dicatur,allegatur.l.itē si
obstetrix.ff.ad l.Aq.l.ossa.in fi.ff.de reli.item allegant
oīa iura,quæ utuntur uerbo, uř.l.ita ãt.§.gessisse. de
adm.tut. cū si. Vos dicite subtiliter ex mente Bar. ꝙ
quidam sunt actus,qui non pšt mediante instrō sepa
rato à corpore perpetrari, ut est adulteriū.C. de cad.
toll.§.sub cond.& tunc non dř cōmittere adulterium
propriè illeq mandauit adulterium cōmitti; ideoq;
talis mandās non incurreret pœnam statuti punien-
tis adulteros Quidã sunt actus,qui non possunt per-
petrari mediante instrō a corpore separato,ut est uul
nus quod fit lapide uel baculo: & dic,aut tale instrm
agit de necessitate,ut est uulnus illatum lapide uel ba
culo,& tunc ego,q te uulnero emisso lapide uel bacu
lo,dicor proprie uulnerare.l.item Mela,in prin. ad l.
Aqu. Aut tale istrum separatū à corpore agit in virtu
te propriē libertatis,& tunc ego nō dicor propriè a-
gere.l. itē si obstetrix.ff.ad l.Aq.Ex his infert Bart. in
facti qōne,se consuluisse:dictat statutum,ꝙ si quis op
posuerit in iudicio exceptionem,quam probare nō
potuerit, puniatur in centum aureos. Ego proposui
exceptionem per procuratorem meum,quam proba
re nequiui,certè debeo puniri, quia propriè ego di-
cor pposuisse.Rō,quia postquã procurator meus ac
ceptauit mādatum super lite pficit actum de necessi
tate.l.in cōmodato.§.sicut.ff.commo.Secus,si talis p
curator esset constitutus ad pducēda falsa instrā, qa
tunc producēs agit in uirtute libertatis propriæ, qa
tale mādatum uelut turpe,non necessitabat ipsum ad
exequendū.l si uerò nō remunerandi.§.rei turpis.ff.
mand.& ad præcedens dictum facit l.certè.§.j.de pca.
hoc scripsit Bart.in l.sed si unus,in prin.ff.de iniur.te
tigit aliquid in l.j.§.si procurator.ff.si quis ius di.nō
obtē.p.Glo.sup uer.libera.in fi.Prima opi.est bona.

ADDITIONES.

a Item non refert,an quis tradat rem personæ,uel eius procura
tori, uel alij de eius uolūtate.Item interdum sine traditione ex
uoluntate domini permittentis,rem suam penes aliquem perma
nere.Item per traditionem clauium transfertur dñium.l.claub.
h.d.usque ad.§.hoc amplius.ff.de contr.emp.Quid ãt si uenditor
non confidit de emptore,nec econtrà,quia uēditor nō uult dare
rē nisi hēat pretium,nec ecōtra:dico,ꝙ uterque ipsorum debet
deponere penes tertiã personam.l.ædiles §.fin.ff.de edil. edicto.

b Et sic no.quòd nisi pretium sit solutum,uel habita fides de pre-
tio,non transfertur dominium rei uenditæ.Adde idem esse dicē
dum in aliis cōtractibus,puta locationis,& similibus,ut nō aliter
fructus sint coloni,nisi soluat mercedem domino rei locatę,vel
pro eo sit habita fides,ut tenet glo. in l.seruus.§.locatum. ff. de
fur.Item pignoris non dř facta restitutio,nisi soluto pretio, uel
de eo habita fide.l.3.ff.de pig.act.in l.si rem.§.omnis,eo.tit.

c Vide de materia huius gl.C.de rei uen.l.inciuile. uidelicet an sit
dřia inter pactum legis commissoriæ, & addictionem in diem,
quia Bal.ibi approbat hanc glo.nam ad hoc ut uenditio rescinda
tur,necesse est q fiat actus retro similis,s.retro uenditio.& arg.l.
prout.ff.de solu.& l.ab emp.ff.de pactis.

* Et iō Imperator nō pōt alicui præiudicare in dñio.Bello.signã-
ter cons.2.per totum,qui propriè loquitur in uenditione.

d Vide Bar.& Ang in l.à diuo Pio.§.sed si emp.ff. de re iudi.&
Bar.sibi contrarium in l.si procurator Cæsaris. ff. de iure fis. ui-
de Panor.in c.cum olim.extra de of.& pot.iud.de le.cui concord.
Imo,in c.si cautio.extra de fi.instr.uide Bar.in l.j.ff.si quid infra.
patroni,qui dicit,ꝙ si iurat procurator,quòd confessio præiudi-
cāt sibi.uide etiam Bal.in l.2.ff.si cer.pet.

e An procurator priuati possit hēre fidem de pretio, uide Bart. &
Doc.in l.à Diuo Pio §.post uēditionem.ff.de re iu.uide etiã Bar.
in l quæ acta.circa fi.ff.de of.procu.Cæsaris.ubi ponit q d hodie
fit in practica. uide Cy.in l. inciuile. C.de rei uen.& ibi Iaco. de
Are.ubi cōcludit in effectu, ꝙ procurator generalis cum libera,
bene potest habere fidem,nisi dominus sibi prohibuerit: sed spe
cialis ad uenditionē nō,& pro hoc all.tex.in l.1.§.1.ff.de except.
rei iud.& Bar.in l.2.ff.de procu.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,Interdum.facit regulam in contrarium.*
2 *Maritus est dominus fundi dotalis.*
3 *Per traditionem clauium dominium transfertur,qđ dupliciter limitatur.*
4 *Duo casus,quibus dominium in incertam personam transfertur.*
5 *Regulariter sine traditione dominia rerum nō transferuntur, nisi in qui busdam casibus.*

§.Interdum. Traditio facta ex titulo inha-
bili,iuncto habili subsequēti,
operatur translationem dominii. h.d. No. primò in
uer.interdum,regulam,rerum dominia sine traditio
5 ne non trāsferri.probatur hæc regula in l. traditioni
1 bus.C.de pac.probatur hic,†quia dictio,interdum,fa
cit regulam in cōtrarium.ff.de cond. inde.l. interdū.
Secundò no.ꝙ si quis patiatur rem, quam alteri lo-
cauit,aut cōmodauit,aut deposuit, hēc mutuo,in uē d
ditionē,uel in dotem,ꝙ statim transfertur dominiū
quia traditio facta ex tit.inhabili præcedēti iungitur
cum tit.habili subsequenti, & media rpa nō nocent,
l.solemus.§.j.ff.de hær.inst. & facit in simili.l. sole-
mus. alias Pomponius.§.i.de acq.poss.quod facit pro
parte affirmatiua primi dubii,ꝙ nūc disputari dēt.cō
cor.prædictis l.qua ratione,§. interdū.ff.eo. Et hæc
oīa limitabitis eē uera in repsenti,uel postea apprehē
sa.l.eius.& l.hoc si præsens.de rei uendi. & uoluit gl.
nostra in uer.tua. Tertiò no.titulū dotis esse habilē
ad translationem dñii, quod facit pro illa opi. quòd
2 † maritus dicatur dñus fundi totalis:de quo in l.doce
ancillã.C.de rei uē.& in l.Quintus.§.j.ff.de an.& arg.
3 leg.Itē no.ꝙ† traditis clauibus horrei, in quo merces
a erāt uēditæ,illarū merciū dñium statim trāsfert ī em
ptorē.qđ verū limitabitis,si claues fuerint traditę pe
nes horreū;secus in absētia,l.clauibus.ff. de contrah. b
empt.Itē & scđò limitabitis,si uēditor erat dñs mer-
ciū,alioquin dñiū nō trāsfert ī emptorē:sed sola con
dictio usucapiendi.l.clauibus.& l.traditionē.ff.de pu
4 bli.Itē no.† duplicem casum,in quo in incertam per-

ſonam dñium transfertur.Primns,qñ miſſilia iactanẽ
in uulgus. Secundus,qñ quis hẽt rem pro derelicto.
Quibus non ob.§.tutor.inſ.de lega.ubi tutela incertę
pſonæ deferri non pt,qa ibi tractaẽ de utilitate, non
de præiudicio pupilli,ideoq; eligẽda eſt pſona certa,
cuius induſtria ſit approbata.l.utilitatem,& l.in cõfir
mando.ff.de cõfir.tu.Item no.ꝙ ſi qnis accepit aĩo lu
crandi,merces abiectas de naui cauſa nauis alleuian-
dæ,ut uis tẽpeſtatis euitaretur,committit furtũ.No.
rõnem,quia ille qui abijcit,non abijcit eo aĩo ut per
dat,ſed ut nauẽ reddat ſaluã à maris tẽpeſtate.quod-
cunq; igitur ex abiectis reperiatur , cõtra uolũtatem
eius capiẽ,ergo furtum committitur.l.j.ff. de fur. qđ
uerum limitate,niſi talis res abiecta cã nauis alleuiã-
dæ,eſſet eius condõnis,ut uerisimile ſit iſtum abijciẽ
tem habuiſſe ꝓ derelicto,ut quia librũ apertũ abiecit
in flumine:tunc.n. capiens,furtũ non cõmitteret. Et
per hoc nõ ob.l.falſus.§.ſi actum.ff. de furt.una.n. cõ
iectura tollitur ꝑ aliã.l.nõ ſolũ.§.de illo.ff.de ri.nup.
Item no.ꝙ capiens res,q̃ ceciderũt de rheda uel plau
ſtro,furtũ committit.Gl.ſuper uerbo,interdum , in
fi.Vos clarè dicite,regulam eſſe ꝙ † ſine traditione re
5 rum dñia non acquirunẽ.Hæc regula fallit primò,qñ
præcedit titulus habilis ad tranſlationẽ dominij , &
ſequitur aſpectus oculorum uoluntate domini.l.j.§.
ſi iuſſerim.l.quod meo.§.ſi cum per uenditorem.ff.de
acq.poſſ.Ratio,quia licèt ibi non interueniat corpo-
ralis apprehenſio,interuenit tamẽ iuſſus , qui locum
apprehenſionis obtinet.Scđo fallit hæc regula,quãdo
præcedit titulus habilis ad tranſlationẽ dominij , &
ſubſeqtur appoſitio cuſtodis per acquirentẽ.l. quarũ
dã.ff. de acq.poſſ.Rõ,quia licèt tu uere & realiter nõ
apprehendas,tñ acquiris ex perſona cuſtodis tui ; cu
ius opera uteris in appræhendendo.l.qui ãt.§.ſi.ff.de
conſt.pec.Tertiò fallit,qñ præcedit titulus habilis ad
tranſlationem dñi,& ſubſequitur traditio inſtrumẽ-
torum emptionalium.l.j.C.de don. quia illa traditio
inſtrumentorũ fungitur uice traditionis rei uẽditæ.
b Vnde ſi lego tibi inſtrumentum *b* crediti de mille,nõ
videor legare chartam,ſed ius petendi mille.l.ſeruum
filii.§.eum,qui chirographum.de leg.j.Amplius, ſi e-
go trado tibi inſtrm̃ crediti, uideor te procuratorem
conſtituere ad petendũ.glo.eſt ſing.in l.fi.C.de pact.
Quartò fallit,quãdo pręcedit tit.ut ſup. & ſubſeqniẽ
retentio uſusfructus.l.quiſquis.C.de dona.Rõ, quia
ex quo ego conſtituo me uſufructuarium,fingitur ti
bi res tradita, & mihi ius uſusfructus in illa conſtitu
tus.Quintò fallit,qñ præcedit tit.ut ſup.& ſubſequi-
tur conductio rei à transferente.l.quędam mulier.ff.
c de rei uend.*c* Sexto fallit,qñ præcedit tit.ut ſup.& in-
teruenit conſtitutum per transferentem,quia tũc tu
diceris apprehendiſſe miniſterio cõſtituẽtis.l. quod
meo. in prin.de acq.poſſ.Septimò fallit, quando præ
cedit titulus,ut ſup. & ſubſequitur traditio clauium
horrei,in quo merces ſunt repoſitæ,ut hic,& l.claui-
d bus.ff.de contrah.emp.Vltimò fallit in eccleſia, *d* cui
acquiritur dominiũ & poſſeſſio ſine traditione,ſi ti-
tulus habilis præceſſerit.c.2.extra de cõſue.& l.fi. C.
de ſacroſ.eccl.not. in c. requiſiſti.extra de teſta.l.ciui
bus,de reb.dub.Sed Deus ubiq; præſens eſt,ubi bonũ
agitur.l.ꝓperandũ.§.ſin autẽ.& ibi not. C.de iud. uñ
nimirũ ſi dominium & poſſeſſiò eccleſiæ ſtatim quæ
ritur.Aliqui tñ addunt nonũ, qñ res fuit habita pro
derelicto.Sed certè licet ibi nõ interueniat traditio
hñtis ꝓ derelicto,ĩteruenit tñ occupãtis apprehẽſio.

ADDITIONES.

a An ex traditione clauium horrei transferatur dominiũ rerũ existentium ſuper horreo?dic quòd ſic,ut hic quod uerũ eſt,ubi cum traditione clauium cõcurrit uoluntas tradentis dñium trãſ ferre uolentis ex cauſa habili.Secus ſi tradens traderet cauſa cu ſtodiæ,ut faciunt hoſpites tradentes claues alijs,quia intelligun tur tradere ut cuſtodiant,non ut alius dominiũ habeat.l.cum pa ter.§.pater.de lega.2.

b Habens inſtrumentum crediti,uẽ cõſtitutus procurator ad exi gendum creditum,unde ad hoc notabiliter Bal.in ſimili,in l. uul go.ff.de admi.tut.& tex.in c.coram.extra de offic. deleg.

c Vide tamen Bar.in hoc, in l.poſt contractum.ff.de dona.Ang.in l.ſicut.§.ſuperuacuum.quibus.mod.pig.uel hyp.ſol.

d Item in ultima uoluntate.l.à Titio.ff.de furt.& de iſtis omni bus uide gl & Bar.in l.traditionibus.C.de pact.

TITVLVS II.

De rebus corporalib.& incorporalib.

Continuatur ad pręcedentes hoc ordine:Supra uiſum eſt,quem admodum acquirantur dominia rerum incorporalium, de quibus tractaturus Imperator præmittit , quæ dicantur res corporales.Vel aliter cõtinuari põt:quia ſupra tit. primo ui ſum eſt de duplici rõne rerũ,quarum prima fuit, quòd quæ dam ſunt in patrimonio noſtrò,quædam uerò extra patrimo nium.habetur & alia,quia rerum quędam ſunt publicę,quę dam ſunt nullius,& quędam ſingulorum.ſequebatur de ter tia diuiſione uidere, quæ ita ſe habet , quod rerum quędam ſunt corporales,quædam uerò incorporales: de qua diuiſio ne tractaturus, intitulauit de rebus corporalibus & incor- poralibus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,In,quomodo ſtet in compoſitione & ſine compoſitione.*

2 Quædam. *a* Nõ ſummatur breuius, ſed di
uidiẽ in tres partes; nã in prima
ponit dictũ bimẽbre.In ſecunda , mẽbra dicti proſe-
quitur.In tertia reſpondet tacitæ obiectioni.Secunda
b ibi, corporales.Tertia ibi,nec ad rem pertinet. *b* No.
primò tertiam diuiſionem rerum:quia quædã corpo
rales,quædam uerò incorporales appellatę ſunt.No.
ſecundò,eas appellari corporales,quæ ſui natura pal
pari poſſunt.Si autẽ ex accidẽti tangi nõ poſſet,ut qa
eſſet res in mari proiecta,tñ corporalis appellareẽ:rei
.n.natura,nõ facti accidentia cõſiderãda eſt. l.ſi quis
poſthumos.& l.q̃ſitum.de lib.& poſth.No.in uer.cor
porales.ibi,innumerabiles,ꝙ† dictio,In,cõpoſita ſtat
1 priuatiue,& priuat actũ habilitate,non oĩmoda ptã-
te:& licèt aliqñ ſtet augmẽtatiue,ſcđm ꝙ ſubiecta ma
teria reqrit.l.Gallus.§.ille caſus indifficilis.ff.de li. &
poſth.Si ãt dictio,In,cõponaẽ cũ uerbo,Sum es ẽ:tũc
implicat,ſiue intrinſicitatẽ ſignificat.l.lecta.verſic. di
2 cebã.ff.ſi cert.pet.Si ãt dictio,In,nõ cõponaẽ,ſed ſtet
abſolute, tunc ſi iungũtur tpa,dicite,ut in l.ſi eui.de
le.j.Si ãt iungatur In,ablatiuo aut accuſatiuo,dicatis
ut ibi,p̃ſerti ꝑ Bar.in d.l.Gallus.§.ille caſus indiffici-
lis.No.rẽ appellari corporalẽ inſpecto ſuo uniuerſo,
nõ ãt inſpecto ſuo particulari.Hic ẽ ꝙ hæreditas ap-
pellaẽ res incorporalis,ſumpto iure uniuerſo heredi
tatis:& ſic uſusfructus & obligatiões.Finaliter no.om
nes

nes ſeruitutes incorporales appellari, quia cōſiderатur ius ipſarum ſeruitutum, non autem actus exequēdi ſeruitutes. Gl. in uer. incorporales. c

ADDITIONES.

a Hoc dicit. Res eſt generale nomen ad corporalia & incorporalia. Corporalia ſunt, quæ ſui natura tangi poſſunt, licèt aliàs non tangantur, pp difficultatē. Res uerò incorporales ſunt, quæ ſui natura tangi non poſſunt, ut hæreditas, & ſimilia iura. h.d.

Adde, ꝙ in quarta, quæ eſt prope fi. ibi, eodem numero, exten
b dit ſecundū membrum. Vel melius diuide in quinque partes. In prima ponit bimēbrē diuiſionē. In ſecunda primum mēbrum declarat. In tertia declarat ſecundum mēbrum. In quarta rñdet tacitæ obiectioni. In quinta & ultima ſecundum membrū extendit. Secunda ibi, corporale. tertia ibi, incorporales. quarta ibi, nec ad rem pertinet. quinta & ultima ibi, eo. nu.

c No. ex gl. j. in uer. incorporales. incorporalia non poſſe propriè tradi, ſed patientia habetur pro traditione. l. quoties. ff. de ſeruit. & idcirco non uſucapiuntur per ſe, ſed aliquando cū corporalibus. l. ſi aliena. §. hoc iure, de uſucap. Sicut etiam quædam ſunt, quæ de per ſe non poſſunt alienari, ut fundus dotalis, & tamen trāſeunt cum uniuerſitate. l. quędam. ff. de acquir. rer. dom. Nec etiam uendicantur incorporalia, ut eſt tex. & ibi no. in l. uēdicantur. ff. de rei uend. ad hoc faciunt, quę uidimus ſupra, in tit. pręcedenti, in pcinc. in uer. punitio.

TITVLVS III.

De ſeruitutib. ruſticorum prædiorum.

Continuatur ad præcedētes hoc ordine: Supra uiſum eſt de reb. corporalibus, & incorporalibus: uerum quia inter incorporalia ſeruitutes cōputantur. §. ſi. ſupra tit. 1. ideo ordine cōpetenti tractaturus Imperator, intitulauit de ſeruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter ſeruitutem perſonalem & realem.*
2 *De iure ciuili quis non debet damnari ad perpetuum carcerem, ſecus de iure Canonico.*
3 *Ille, cui debetur iter, poteſt cum alio itinere uti.*
4 *Cui iter debetur, poteſt ire ſuper equo, ſed non poteſt ante ſe equum ducere.*
5 *Quando alicui conceditur tranſitus, intelligitur modeſtè & humanè.*

Ruſticorum prædiorum.

Non ſummatur, quia diuidendo & diffiniendo procedit. Sed diuiditur in quinq; partes. Nā in prima ponit quatuor ſpecies ſeruitutis urbanæ. In 3. adiicit quaſdā ſpecies ſeruitutis ruſticanæ. In 4. rñdet tacitę quæſtioni. In 5. tractat, qualiter ſeruitutes conſtitui poſſunt. Scđa ibi, prædiorum. Tertia ibi, in ruſticorū. Quarta ibi, iō. Quīta ibi, ſi quis uelit. No. primò quatuor ſpecies ſeruitutū ruſticarum. Scđò no. quid ſit iter, ſ. qñ cōpetit ius eundi, ambulādi, non āt uehiculum uel iumētum agendi. No. quid ſit actus. Ex quo colligitis, ꝙ ille, cui dētur actus, pt ire, ambulare, iumentū, uehiculumve agere. No. ꝙ actus iter in ſe cōplectitur, ſed non econtra. No. ꝙ uia complectitur in ſe iter & actum: qđ ſtatim aptè declaratur. No. in uer. aquæ, qd ſit aqductus. Gloſ. j. ibi, de iure pſonarum.
1 & † hæc ſeruitus differt à ſeruitute reali: qa pſona,
a a q dēt ſeruitutē, dr in dñio eius, cui dētur. §. ſeruitus. ſup. de iu. pſo. Sed pdiū, qđ debet ſeruitutē, non dr in dñio eius, cui debetur, quia res ſua nemini ſeruit. l. in re cōi. ff. de ſeru. urb. præd. In ea gl. ibi, & ſecunda. addite quartum, hoc eſt miniſterium ſeruorū. no. in l. ſi quis binas. ff. de ſer. urb. præd. In ea gl. in fi. no. ex gl. ꝙ illa appellatur ſeruitus debita à perſona rei, qñ pſona compellitur aſſiſtere alicui loco: & iſta nō eſt propriè ſeruitus, ſed ſpecies ſeruitutis, ex quo non daꝛ facul-
2 tas recedēdi. l. 2. ff. de lib. ho. exhi. Et eo. mō, † ſi qs dānaretur ad perpetuum carcerē, qđ de iure ciu. ē prohibitum. l. incredibile. C. de pœn. Carcer. n. non ad puniēdum, ſed ad cuſtodiendū hoīes inuentus eſt. l. aut danū, §. ſolent. ff. de pœn. iure āt cano. ad perpetuum carcerem damnari pmittitur. c. quāuis. de pœn. lib. 6.
3 Gl. ſup uer. eundi & ambulādi. in fi. No. quòd † ille, cui debetur iter, poteſt cum alio itinere uti. Sed opp. nā ſeruitus conſtituitur aut in teſtō, aut in cōtractu. §. ſi quis uelit. inf. eod. ſed in contractu neq; in teſtō ſubaudiꝛ pſona extranea. l. ſi ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de uerb. obl. ergo ſi tibi aut in contractu, aut in ult. uoluntate ſeruitus cōſtituatur, alteri nō dētur. Præterea eſt ſpāle in uiro & uxore, ut ſeruitus itineris uel habitationis eorū alteri conſtituta, alteri dēatur. l. ſi ſtipulatus fuero per te. ff. đ uer. obl. pp duram ſeparōnē uiri ab uxore. l. poſſeſſionum. C. cōm. utr. iud. ergo in contrariū erit ius cōe. l. ius ſingulare. ff. de legi. Vñ arbitrarer, aut ꝙ glo. malè loquitur, aut, ꝙ rectius puto, ſanius eſt intelligēda, ut ille qui habet iter, poſſit ſolus ire, & cum alio ambulare, cui tñ eadē itineris ſeruitus debita ſit, uel ꝙ lr̃a intelligaꝛ, eundi. ſ. planè: ambulādi. ſ. paſſu ueloci. & ita dixit gl. in l. j. ff. de ſer. ruſt. præd. Gl. ſuper uer. iumētum. ibi, l. qui ſella. Colligitis
4 ex gloſ. ꝙ † ille, cui debetur iter, pt ire ſup equo, nō autē ducere pōt, uel mittere añ equū. Et idē ecōtra, cui denegaꝛ iter, denegaꝛ ire ſuper uehiculo & equo. Ex quo dixit Bart. in d. l. q ſella in qōne facti, ꝙ ille, qui phibetur uēdere carnes, pelles, aut coria ſup platea, prohibeꝛ quoq; tenere ſup bācho. Et eodē mō dixit Ang. ꝙ ille, cui debeꝛ iter, nō pōt ducere equos p habenas, nec pūgere mulos, ut ante ipſum uadāt. Idē di
b xit Ang. in d. l. q ſella. ꝙ notabilis hiſtrio Gonella, b q fuit bānitus in capite à dñio Veronēſi, debuit licitè decapitari, ex quo iuit ſup uehiculo cū territorio, qđ emerat in Ferraria, ad ciuitatē Veronen. qa ex quo fuit ſibi interdictū iter ad locū dñij Veronē. ſub pœna capitali, interdictū quoq; intelligiꝛ ire ſup vehiculo. Sed qa erat hiſtrio, euaſit cū mulis. Gl. ſup ver. actus. in fi. Et ex hoc dixit Ang. ꝙ ſi fuerit pmiſſus trāſitus ſtipēdiariis à capitaneo, dēant ire p uiā rectā, nō āt p prata aut uineas, ne fructus deuaſtēꝛ: alioqn poſſunt capi
5 ſalua fide ſalui cōducti. † illa n. pmiſſio trāſitus, ciuiliter, & humanè & modeſtè ītelligēda ē. l. ſi cui. ff. đ ſer.
c tit. gñali. l. ut gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mu. & ho. c

ADDITIONES.

a Tu dic melius, ꝙ illa ſeruitus ſeruorum non eſt ſeruitus formalis, prout capitur in iſto titulo, cuius eſt forma quędā ſeparata à dominio, ſicut capimus in iſto titu. quod patet, quia dicimus ꝙ res ſua nemini poteſt ſeruire. l. uti frui. in prin. ff. ſi uſuſfr. pet. & l. in re cōmuni. hic alle. Sed bene poteſt dici ſeruitus cauſalis, hoc eſt ſeruitus non ſeparata à dominio, imò quę ſit cū cā, hoc ē cū dñio, ſicut in ſimili dicimus in uſufructu, iux gl. not. infra de uſufr. ī prin. & iſta ſunt ex mēte Io. Fab. I. §. ęquè. in prin. infra, de act.

b Pro iſto Gonella fac. gl. ſupra in ti. de iu. nat. in p1. q dicit, ꝙ aīalia exiſtētia ſup arbore dicunꝛ eſſe ī cœlo. & no. infra. & ibi ſcripſi.

c Et iſtę ſeruitutes de ſui natura tranſeunt ad quemlibet ſucceſſorem in re, niſi aliud actum ſit. l. non ſolum. §. cum tale. ff. de libe. lega. l. pecoris. de ſerui. ruſti. prędio.

SVMMARIVM.

1 *An ędificia urbana & ruſtica diſtinguantur materia, & non loco.*

2 Quomodo præſcribatur libertas aduerſus urbanam ſeruitutem.
3 Quomodo aduerſus ruſticam ſeruitutem præſcribatur libertas.
4 Quanto tempore præſcribatur libertas aduerſus ſeruitutem ruſticanam & urbanam.
5 A quo tempore incipiat currere huiuſmodi præſcriptio.
6 Fundi dominus poteſt prohibere alterum ingredi fundum ſuum, quod limitatur in quibuſdam caſibus.

§. Prædiorum urbanorum.

a *a* No. illas appellari ſeruitutes prædiales, q̃ inhærent
prædijs. Ex quo colligitis, iuncto uerſi. ideo, inf. eo. ꝙ
ille dicit̃ alicui inhærere, qui ſine illo conſiſtere non
pōt, qđ facit ad intellectũ. l. cũ tale. §. falſam. ff. de cõd.
2 & dem. No. † ædificia appellari urbana prædia, ſiue in
urbe, ſiue in uilla ſint conſtituta: quia ædificia nõ lo-
co, ſed materia conſtituuntur, l. urbana prædia ædifi-
cia. de uer. ſig. No. in uerſi. item prædiorum, ut clarè
colligitis ex lr̃a. No. in uerſi. ruſticorum. quaſdã ſpẽs,
q̃ ruſticanæ appellatæ ſunt. No. in uerſi. nemo. ꝙ ad
cauſandũ ſeruitutẽ prædialẽ requiritur cõcurſus du
b plicis p̃dii, uidelicet dñantis & ſeruientis. *b* Nota in
uer. ſi quis uelit. ſeruitutẽ non ſolũ cõſtitui poſſe in
contractu inter uiuos, uerũ ẽt in ultima uoluntate; &
hæc appellatur ſeruitus impoſitiua. Eſt & alia ſeruitus
q̃ appellatur p̃ſcriptio inducta ex longa cõſuetudine,
c & de iſta ſtatim uidebitis. Gl. *c* ſup uer. non recipiat.
2 in fi. Ex hac gl. colligitis no. ꝙ † in præſcribenda liberta
• te* aduerſus urbanã ſeruitutẽ, nõ ſufficit negligentia
dñi prædij dominãtis. Vñ ſi domus tua depreſſa, dẽat
ſeruitutẽ domui meę, ne altius poſſis ędificare, nõ ſuf
ficit tibi ad præſcribendam libertatẽ cõtra hãc ſerui
tutẽ, ꝙ ego feneſtras domus meæ clauſas tenuero, &
ſic non fuerim uſus ſeruitute mihi debita: ſed requiri
tur ẽt factum tuum, q uis p̃ſcribere libertatẽ, ſ. ut alti
3 us ædificatum tenueris. Sed † in præſcribenda liberta-
te aduerſus ruſticã ſeruitutem bñ ſufficit negligentia
dñi, ꝑ tẽpus ſeruitute non utentis. Vñ ſi tibi ſeruitus
debeatur, ut ibi poſſis uel aquã ducere ꝑ p̃dium meũ
ad p̃dium tuũ, quia iſta eſt ſeruitus ruſtica, ex ſola ne-
gligentia tui non utentis, ego p̃ſcribo libertatem. Rõ
d nem *d* dñæ aſſignant Doc. Nã ſeruitus urbana longè
nobilior eſt ruſticana; & iõ difficilius ꝑditur. faciunt
quæ hñr in l. ſi rem mobilem. ff. de acq. poſſ. Sed hic q̃-
4 ritur, † quãto tpe p̃ſcribatur iſta libertas aduerſus ſer-
uitutẽ ruſticã uel vrbanam. Dñt Doct. ꝙ ſpatio x. ann.
inter p̃ſentes, & xx. inter abſentes. l. pen. C. de ſeru. &
aqua. Sed tũc econtra q̃ritur, q̃to tpe præſcribatur ſer
uitus contra libertatem. Rñdeo, multi multa dixere;
ſed uerior eſt illa Doct. opi. ut diſtinguatur. q̃dã ſunt
ſeruitutes, q̃ habent cãm ꝑpetuã ſiue continuã, ut aq̃
ductus; q̃dam habent quaſi ꝑpetuã, ſiue quaſi conti-
nuã. l. foramen. ff. de ſer. ruſt. præd. & iſta q̃ritur ſpa-
tio x. ann. inter præſentes, & xx. inter abſentes. l. 2. C.
de ſerui. & aqua. quia talis præſcriptio habet poten-
tem quaſi poſſeſſionem quia continua eſt, uel quaſi.
Quædã uerò ſunt ſeruitutes q̃ hñt cãm diſcontinuã,
ut eſt ſeruitus itineris, ſeruitus uehiculũ ducẽdi: iſtæ
.n. dñtur habere cauſam diſcoutinuam: nec .n. conti-
nue homo ire poteſt, nec actu, neq; potentia. d. l. fora
men. & iſtæ ſeruitutes ſolummodò præſcribuntur tã
to tẽpore, cuius initij memoriã in contrariũ non exi

ſtat. l. j. ĩ fi. ff. de aq. plu. arc. l. hoc iure. §. ductus aquæ.
de aqua quot. & æſti. qa tales ſeruitutes nõ habent
5 cãm ita potentem, ut primæ. Sed hic iterum q̃ritur, † à
quo tpe ĩcipiat currere huiuſmodi præſcriptio. Gloſ.
not. in l. 2. C. de ſeru. & aqua. & Docto. diſtinguũnt,
ꝙ q̃dam ſunt ſeruitutes negatiuæ, vt ne altius liceat
ædificare, & hmõi ſeruitus ĩcipit p̃ſcribi à tpe quo vo
luiſti ædificare, & alter prohibuit, quia ſtatim atq; ꝓ-
hibuit, & tu obtemperaſti, cõſtitutus eſt in quaſi poſ
ſeſſ. ſeruitutis ſibi debitæ. l. ſi is, q ꝓ emptore. §. ſi ſer-
uus. ff. de uſuca. l. j. §. quæſitum. ff. quorũ legat. Quędã
uerò ſunt ſeruitutes affirmatiuæ, ut eſt ſeruitus reci-
piendi tignũ uel itineris, & harũ q̃dam ſunt, q̃ dẽntur
rõne iuris debiti, ut eſt recipere tignum, & tunc ta-
lis incipit currere à ſolo actu miſſionis facto in parie
tẽ tuũ te ſciente & patiente, quia ex hoc ſolo actu im
mittendi demõſtro animum meum p̃ſcribendi, & ſer
uitute quadã utendi. Quædã uerò ſunt, q̃ dẽntur rõ-
ne meræ facultatis. Nã poſſum ex mera facultate ire ꝑ
fundũ alienum quoad prohibear. l. per agrum. C. de
ſeruit. §. planè. ſup. de rer. diui. & tũc talis pręſcriptio
e nõ incipit currere ab uño ſolo *e* actu eundi, qa per u-
nũ ſolũ actum nõ p̃t deprehendi aĩus euntis, an iue
rit ex cauſa ſeruitutis, aut ex mera facultate; ſed opus
eſt vt iuerit xxx. diebus, & tunc incipit currere pręſcri
ptio: quia demõſtrat̃ ſatis aĩus eũtis, ut nõ ex mera fa
cultate, ſed iure ſeruitutis vſus fuerit itinere. l. i. §. i. de
itin. ac. pri. Addite prædictis, ꝙ reqrit̃ ſcĩa, & patiẽtia
aduerſarii. d. l. 2. C. de ſeru. Hæc fallunt in caſu l. fi. §.
fin. C. de ſerui. ubi ſeruitus altius nõ ædificãdi dẽtur
à lege abſq; alio facto hoĩs ꝑꝑ publicam vtilitatẽ: qđ
eſt, qñ tu altius uelles ædificare prope areã meã, ut ſic
ſublato uẽto nõ poſſẽt excuti grana bladi; & eſt caſus
ſingu. Hæc ẽt fallunt, qñ ſeruitus dr̃c̃ ex natura loci.
l. 2. ff. de aqua pl. arc. & ſupra dixi. Addite, ꝙ patiẽtia
coloni uel inquilini nõ p̃iudicat dño. Vnde ſi tu ſcho
laris, qui cõductã hẽs domũ, cui ſeruitus debet̃ altius
nõ ædificãdi, paſſus fueris uicinũ altius ędificare con
tra debitã ſeruitutẽ, hæc tua patiẽtia tuo locatori nõ
præiudicat. gl. eſt ĩ l. i. C. de ſerui. ꝓbat̃ ĩ l. fi. C. de acq.
poſſ. Cætera dicatis, ut ĩ l. i. & 2. C. de ſerui. pręſertim
ꝑ Cyn. & Bal. & alii ẽt tractãt. Glo. ſup uer. tollat. ĩ fi.
& dixit Ang. ꝙ iſta eſſet laudãda propoſitio in oratio
ne fiẽda, ac ꝑ ſcholari cõuentuãdo: & ita dixit ſe ꝓ-
poſuiſſe in publico cõuentu. Similis fit propoſitio in
l. fi. C. de ſeruit. in gl. ibi, ſurge illuminare Hieruſalẽ.
Dixit tñ Ang. ꝙ ſi qs dẽat ſeruitutẽ, ne luminibus of
ficiatur: ſi ſolã uicino capiat̃, nõ tñ aer, nõ facit ꝑpea
cõtra debitã ſeruitutẽ: niſi uicinus exerceat talẽ opifi
cium, ꝙ indigeat ſole, ut ſunt pelliparii. l. ſi arborẽ. §.
j. ff. de ſeru. urb. p̃d. Gl. ſuper uer. ducere. in fi. colligi-
6 tis ex gl. ꝙ † fundi dominus p̃t ꝓhibere alterum ingre-
di. Sed cõtra opp. de c. oĩs. diſt. j. Sol. gl. in l. ꝑ agrum. ꝙ
illud obtinet locum de iure diuino, ſecus de iure hu
mano & ciuili: q gl. cõiter reprobat̃, quia ſequeretur
ꝙ ius humanum iure diuino derogare poſſit. c. ius na
turale. ea diſt. Quare dixere Doct. quòd unuſquiſq;
pōt ingredi fundum, dummodo iter nõ ſit occluſum,
& hoc iure facultatis. d. c. oĩs. Poteſt etiã in fundo alie
no comedere vuas & grana, ſed nõ exportare, vel ſaltẽ
in meſ-

in meſſē ponere.c.notandum.23.q.2.c.ſcriptum.6.q.3.c.diſcipulo.de cōſe.diſt.5.Si tñ dñs fundi ꝓuiderit, poterit tñ illũ ingredi nolentē iure ꝓhibere, & ita loquitur.l.ꝑ agrũ.C.de ſer.& aqua.Hæc regula fallit primò,quando ſeruitus itineris eſſet conſtituta,qa tunc non poſſet impedire ingredi illum,cui ſeruilus debetur.d.l.per agrum.in fi.Scđò fallit hæc regula, qñ uia publica eſſet à flumine occupata:quia tunc uicinus tenetur ꝑſtare uiā publicā in fundo ſuo, debet tñ ſolui licèt de conſuetudine non ſoluatur, neq; ſeruetur ꝙ precium ſoluatur.iſte eſt tex.cum glo. in l. ſi locus. §.fi.ff.quemad.ſer.amit.Tertiò fallit in uia,q̄ debet præſtari ſepulchro,& hoc fauore religionis.l.ſi quis ſepulchrum.ff.de reli.Quartò fal.in glande legenda,i. colligenda.l.j.de glan.le.Quintò fallit in ſeruo fugitiuo ꝑquirendo.l.requirendũ.C.de ſer.fug.Sextò fallit in theſauro ꝑquirẽdo.l.theſaurus.ff.ad exh.& eſt gl.or.ĩ d.c.oīs.

ADDITIONES.

a Et ad iſtum tex.dum facit mentionem de ſeruitute ſuſtinendi onera uicini,& de ſeruitute immittendi tignum in parietem uicini,quæ dña ſit inter eos,uide tex.no.in l.ſicuti.§.diſtat.ff.ſi ſer.uendicę.& ibi Bar.no.aſſiguantem rationem diuerſitatis..

b Similem tex. habes in l. 1.ff.comm.præd.& hinc dixit Bart.ꝙ cum iſta ſeruitus debeatur prædio,& non perſonæ, ut l. uia.§.ſi fundus,& l.cum ex fundo.ff. de ſer. ruſt. præd. ꝙ ſententia debet ferri prædio & ſeruituti prædiorum à iudice. ità uoluit Bar.in l. qui aliena.§.fi.ff.de neg.ge.quod no. propter formam libellãdi, ut dicas,ꝙ talis ſeruitus debetur prædio,non tibi:licèt tñ ſi diceret,ſibi,intelligeret rōne iuris,qđ hēt in ꝑdio,ut uoluit Bar. ibi.

c Hanc gl.declara & intellige,prout melius ſe declarauit gl.in l.j ff.de ſer.urb prædio.Et ad illam negatiuam, non recipere, dic ꝙ eſt ſeruitus,quia erat utilitas recipere pro replenda ciſterna, ſecundum quòd declarat ibi.gl.3. ad fi. & ibi ſeq tur Bar. & eodē modo recipere flumen in domum, uel in cloacam ad utilitatem domus uel purgationem cloacæ.

• De præſcriptione libertatis,uide Bello.conſ.1.nu.10. cum ſeq.

d Contra iſtam rationem nř facere tex.in l.pen.C. de uſufru. innecto prin.inſ.de uſufru. & habit. Nam ſeruitus habitationis ē urbana,& tamen perditur non utendo,ut dictis iuribus probatur.

• Vide ad hoc l.i.§.quod autē.ff de aqua quot.& æſtiua.& ibi ex uno actu,& c.licet uidetur per l.j.§. j. & §. hoc interdicto. de itine.actuq; pri.ubi per gl.& Bar.requiritur ſaltem quod 10. uicib. Sed concordabis iſtã iura per no.per Bar.ubi ſup.& Inn. in c.cũ eccleſia Sutrina.& ibi Imo.de cau.poſ.& propri. & Bal.in l. 2. C. de ſer.& aqua diſtinguendo,quòd aliqui ſunt actus,qui non poſſunt geri ſine præſumptione iuris ſeruitutis, ut actus aquæductus,& ſufficit unicus actus,ut hic. Alii ſunt,q poſſunt geri iure familiaritatis,ut ire in fundo alieno,& tunc unicus actus non eſt ſufficiens.arg.l.qui familiaritatis,ff.de acq.poſ.& d.l.j.§. hoc interdicto. de itin. actuque priuato.

TITVLVS IIII.

De vſufructu.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine: Suprà uiſum eſt de ſeruitutibus prædialibus, quæ debentur a re; uerùm quia ſunt aliæ ſeruitutes perſonales, quæ debentur a re perſonæ, inter quas eſt uſusfructus: ideo de his tractaturus Imperator intitulauit de uſufructu. a

ADDITIO.

a Adde ꝙ tres ſunt ſeruitutes perſonales puta ſeruitus uſusfructus,& uſus,& miniſterii ſeruorum,ut notat.in l.6 uas. ff.de uſufru.Quarta ſeruitus, eſt quædam conditio adiecta alicui perſonæ,uidelicet,ut ſtet perpetuo in certo loco.& de hac no.gl.in l & putoff.quod me.cau.Similiter quãdo quis eſt damnatus ad perpetuos carceres, quæ pœna de iure ciuili in libero homine eſt prohibita.l.in credibile.C.de pœn.quia carcer, & e.l. aut damnũ.§.ſolent.ff.de pœn.licèt de iure Canonico talis pœna ſit approbata c.quamuis.de pœn.in 6.

SVMMARIVM.

1 *In rebus,quæ uſu conſumuntur,non poteſt propriè uſusfructus conſtitui, niſi per obliquum.*
2 *Vſusfructus duplex, formalis & cauſalis.*
3 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri,eſt de ſubſtantia uſusfr.*
4 *Si uſufructuarius perceperit fructus antequàm ab eo exacta fuiſſet cautio facit fructus ſuos.*
5 *An ille, qui propter paupertatem non poteſt cauere de utendo fruendo arbitrio boni uiri,amittat uſumfructum.*
6 *Quis poteſt operas ſuas perpetuò locare.*
7 *Quis per ſubſtitutũ ſeruire non pōt,quando electa eſt induſtria perſonæ.*
8 *An in dubio præſumatur electa induſtria perſonæ.*
9 *Doctor conductus ad legendum,non poterit ſeruire per ſubſtitutum, niſi in quibuſdam caſibus.*
10 *Quis non poteſt renunciare iuri cedendi bonis.*
11 *Teſtator poteſt diſponere de rebus hæredis,ſicut de propriis.*
12 *Cautio de utendo fruendo arbitrio boni uiri, non poteſt remitti uſufructuario,ſed hæredi bene remittitur cautio de legato ſoluendo, de ratione uide.*

VSUSFRUCTUS. Non ſummatur breuius, ſed diuiditur in quatuor partes.Nã in prima diffinit eſſentialiter uſumfructũ. In ſcđa tractat,qualiter uſusfructus formetur, & cauſetur.In tertia tractat,in quibus reb. conſtituatur.In quarta tractat,qualiter conſtitutus finiatur, & perimatur.Scđa ibi,uſusfructus.tertia ibi,conſtituit.quarta ibi,finitur.Ibi, cæteræ res,ſcilicet q̄ uſu cōſumunť.

No.primò diffinitionem uſusfructus: quæ diffinitio optimè eſt cōpoſita,eo quia cōplectitur genus & differentias.Genus,cum dixit ius,& hoc eſt uerbum generale,cōprehendens quoſcunq;, qui ius habent.
Verbum,alienis rebus,ponitur ad dñiam eius, q utiť
rebus propriis:nec.n. hēt uſumfructum formalē, qui
hic diffinitur,ſed hēt cauſalem,ut dicetur cum gl.Illa
uerba,utendi fruendi,ponuntur ad dñiam uſuarii,qui
ſolum pōt uti,ſed non frui, ut dicetur inf. Illa uerba,
a ſalua rerum a ſubſtantia,ponuntur ad dñiam rerum,
quæ uſu conſumuntur,in quib.propriè non conſtituitur uſusfructus.§.cōſtituitur,inf. eo. Illa uerba,ius in corpore,quo ſublato,&c.ponuntur ad dñiã iuris obligationis, quam habemus in perſona debitoris noſtri, qui licèt moriatur,hæredem inde reliquit obligatum. l.1.C.ſi cer.pet.l.pro hæreditariis.C.de hær.act.Scđò nota plures modos conſtituendi uſumfructum, qui non ſolùm in ultima uoluntate,uerùm ēt inter uiuos conſtitui pt.No.in uer.non tñ, rōnem quare plurib. modis cōſtituatur uſusfructus:quia non ſolum in ultima uoluntate, uerùm ēt inter uiuos conſtitui pōt. No.ibidē ēt rōnem,quare plurib. modis uſumfructũ lex finiri ſtatuit, ne.ſ. proprietates ſp fiant inutiles. No.in §.conſtituitur.ꝙ in his propriè conſtituitur uſusfructus, q̄ uſu non conſumunť: in his uerò, q̄ uſu conſumuntur nequaquã,& hoc rōne naturali:qa ſublato principali,tollitur acceſſorium.Itē iure ciuili,qa ſi res eſt ꝑempta, non cōuenit diffinitio uſusfructus, cum dř,rebus alienis uti.No.ꝙ pecunia dř utendo cōſumi,& hoc impropriè:qa materia non conſumitur, ſed demum frequentiſsimè ex uſu nouatur.Finaliter
1 no.licèt directò † in his rebus, q̄ uſu cōſumuntur,nō
poſsit conſtitui uſusfructus, per obliquum tamen cōſtituitur quaſi uſusfructus,cautione præſtita, de qua in tex. nec.n. ſenatus potuiſſet in his rebus propriè ſtatuere uſumfructum,quia contra ſtatuta rōne natu
2 rali non admittitur diſpenſatio.In fi.gl.ſuis.no. † duplicem

plicem esse usumfructū:quidā. n. appellatur forma-
lis,qui formaliter cōstituitur ꝑ separōnem à proprie
tate in rebus alienis.quidam autem vsusfructus cālis,
hoc est,qui habet annexam sibi cām, hoc est dñium:
& hic propriè non appellat̄ usus fructus,sed quædam
commoditas utendi fruendi & disponēdi in propriis
3 rebus.In fi.gl.in uer.salua.no.† cautionem *b* de uten-
b do & fruēdo arbitrio boni uiri,non esse de suba usus
fructus.& hoc tetigit gl.in l.i.C.e.& ibi Bal. in l. i.ff.
eo.& sequuntur cōiter Doct.quia si esset de suba,nul
lo modo remitti posset.l.cum precario, ff.de preca.c.
fi.'ext.de cond.appo.& tñ certis casib.remittitur , de
4 quib. in glo.hic. Ex quib. inferunt Docto. † ꝙ si ille,
cui fuit relictus usufructus,nulla ꝓstita cautione fru
ctus perceperit,quòd facit fructus suos;quia non dr̄
in mala fide,& habet ius utendi & fruendi, non etiā
* præstita cautione.* Si tamē ab eo fuisset requisita cau
tio,nec præstitisset,tunc rōne moræ teneretur ad fru
ctus restituendos.ita loquitur.l.uxori. de usufr.leg. ī
5 gl.alle.Sed pone,ꝙ† ille cui ē relictus usufructus, sit
deò pauper ꝙ fideiussorē nō reperiat, quid erit hoc
casu?glo.in l.usufructu. C. eo.ti.dixit, ipsum esse pri-
uādum usufructu;quā cōiter reprobant Doct.ibi,qa
hmōi difficultas præstandi fideiussorem, nō debet an
nullare ius usufructus.l.continuus.§. illud.de uerb.
obl. & ideo sufficeret istū iurare, quòd utetur arbi-
* trio boni uiri,& finito * usufructu rem restituet. arg.
in l.cum non facilè.ff.si cui plusq̄ per legem Fal.quod
c uerum limitāt,c nisi esset persona fide non digna, qa
tunc esset res sequestrāda.arg.in l.si fideiussor.§.fi.ff.
qui satisd.cog.In fi.gl.in uer.ne tamē.colligitis,quòd
6 † quis pōt locare operas *d* suas perpetuò.& idem te-
d nuit glo.in l.antiquitas.C.e.& in l.3.§.ne tñ.ff.e.& se
7 quuntur cōiter Doc. Scđò colligitis,quòd † ubi est
electa industria personæ,nō potest quis ꝑ alium ser
8 uire.Sed quid† si dubitet̄,an sit electa industria perso
næ,an uero non?Dicite, quòd in dubio ꝓsumitur ele
cta.glo.est or.in l.inter artifices.ff.de solu.quod uerū
litant Doct. si tale artificium bñ conueniat personæ
electę, quia fortè esset elegans & famosa. Et ideo di-
9 cūt,ꝙ† si Doctor fuerit conductus ad legendum,non
poterit legere per substitutum,quia uidetur electa in
dustria personæ.glo. or.in l.j.C.de man.& colo.lib.x.
Fallit in trib. casib.Primò, si Doctor esset impeditus
aliqua cā honesta & necessaria,ut quia infirmus, uel
necessariò absens +quia necessitas non est subiecta
legi.c.consilium.de reliq.& uene.san.l.2.de fer. Secū
dò fallit,si ita se haberet studii consuetudo,ut est in
ciuitate Auenionis, in qua legitur per Baccalaureos
substitutos ; quia talis consuetudo studii esset seruā-
da.l.si fundus.ff.de eui.l.2.C.quemad.test.ape.Tertiò
fallit,si talis erat consuetudo Doct. quia ille consue-
uerat sæpenumero legere per substitutum,nā tūc ui
detur cōductus cum sua consuetudine , quæ tñ esset
nota conducētib. ar.in l.quòd si nolit.§.quia assidua.
ff.de ædili.edi. Adde quartam fallentiam , si subesset
infirmitas,uel necessitas,secundum Bald.in l.fi. ff. de
excus.tur.'Ex prędictis hic inferebat Io.Fab.quòd de-
dicatio facta per moniales monasterio,dicatur nulla,
quasi incurrāt spēm seruitutis,cum monasterium exi
re non possint,nisi in duob.casibus.primus,qn̄ aliqua
esset morbo infecta;scđs quādo Abbatissa uellet præ
stare debitum homagium Principi,uel fidelitatem iu
ratam.c.periculoso.de sta.reg.li.6.Sed uos dicite, ꝙ
ideo talis dedicatio ē ualida,qa quis pōt præcisè obli-
e gari Deo & Reipub.quia Deus & Resup.*e* membrorū
humanorū dñi sunt.l.Titio.ff. de cond.& dem. & ibi
10 per Bart.Et prædicta faciunt,ꝙ† quis nō potest renū
f ciare iuri cedēdi bonis,*f* & sic se obligare ad perpetuū
carcerem , de quo in l. si quis in conscribendo. C. de
g pact.& in l.fi.C.qui bo.ced.poss.In fin.glo.*g* in uer.sa
11 tisdet.Hæc rō non est bona:quia† sicut testōr pōt di-
sponere de reb.propriis,ita pōt disponere de reb.hæ
redis,& hæredis fauori renūciare.l.unū ex familia.§.
si rē.ff.de le.2.Quare alii dixere,quòd ideo hmōi cau
tio remitti non potest ,quia est de suba usufructus.
Sed hæc fuit supra reprobata.In glo.in uer.salua.qua
re gl.ī l.i.C.eo.& in l.pe.C.ut lega.no.ca.dixit,ꝙ ideo
12 nō potest remitti, quia† talis remissio inuitaret usu-
fructuarium ad delinquendum : sed illa ,quam præ-
stat hæres de legato soluendo ꝑpea inuitatur hęres
ad delinquendum : & hoc cōiter tenetur. Cui rōni
non ob.qđ dixere aliqui,ꝙ imò non inuitatur ad de-
linquendum : nam si malè fuerit usus , actione legis
Aqui. tenebitur . l. non solùm. de rei uendi. quia
respondeo ,quòd actione legis Aqui.nō tenetur nisi
finito usufr. Sed cautione præstita tenebitur statim ,
atque incipit malè uti.l.i.§.cauere.ff. usufr. quemad.
caue.ubi ego aliàs defendi hanc opi.contra Dominū
& præceptorem meum Pet.de Besut.in l.nemo. de le
h ga.i.Glo.in uer.uestimenta. *b*

ADDITIONES.

a Et uerbū,rebus,ponitur ad dr̄iam iuris,qđ quis habet in pigno
re:quia creditor non potest uti re pignorata,imò committit fur
tum,ut inf.de obl.quę ex quasi deli.§.itaque.

b Dñt tñ Doct. secus esse in cautione,quę prę stat ur ꝑ usufructu
earum rerum,quę usu consumuntur,quia illa est de suba. ita te
net Bar.in l.i.C.eo.& Ang.de Are.hic,& bene.fa.l.pe.ff.de usuf.
ea.rer.quę usu consu.Ego de hoc multum dubito,per l.hoc sena
tus.§.i.ff.de usuf.ea.rer.quę usu consu.& propter spālia hic ī gl.
posita,quę etiam possunt hr̄e locum in usufr.rerum,quę usu cō
sum. Adde,quòd licèt non sit de suba usufructus ipsa cautio,ꝙ
tamen usufructuarius debet cauere datis bonis fideiuss. arbitrio
iudicis,de utendo & fruendo arbitrio boni uiri,& de tanta pecu
nia,uel de ęstimatione rei,quę usu consumitur restituenda,ut in
frà eo § itaque.& C.eo.l.i.

* Vide Bello.q. plures q̄stiones decidit in hoc proposito,cōsil.45.

* Vide Bello.d.consi.54.nu.6.

c Hanc limitationem posuit Bart.in l.usufr.& all. l.postquam.§.
Imperator.ff.ut leg. no.ca.

d An quis possit locare operas suas perpetuo.uide Azo.in titu.
de loca.circa prin.in fi.primę col.qui idem tamen dixit sup.de iu
re perso.§.fi.in gl.

e Deus & Respu.sunt domini membrorum humanorum.uide de
hoc sup.de iu.pers.in prin.& facit pro opi.Old. talis ratio.Nā li-
cèt pręcisè quis disponens se obligare non potest , tamen in uim
conditionis sic.casus est ad literam,in l.qui cōcubinam.§. uxori,
ff.de leg.3.& in l.si quis ita.ff.de cond.& demon.

f An quis possit renunciare iuri cessionis bonorum,& se obligare
ad perpetuo carceres,uide etiam in l.3.ff. de usufr.

g Aduerte,dum ista gl.i fi.dicit,quòd testōr pōt remittere id, qđ
sui gratia introductum est,& non aliud,& allegat quatuor iura:
duo prima probant,ꝙ testator potest remittere id,quod sui gr̄a
introductum est:alia duo iura probant,quòd aliud non potest re
mittere,puta,si esset relictum gratia publicę utilitatis.

h In gl.in uer, uestimenta.Sol.illius glo. nihil ualet , & nihil eti-
am ualet sol.Ang. de Are.hic,quę fuit gl.ind.§.si & uestimento
rum.s.quòd in uestimentis possit constitui usufructus,si pręstet

cautio

eautio, ut hoc tex.& ſic concordabit cum iſto tex. Iſta ſolu. eſt cō tra illum tex. qui conſtituit differentiam inter uſumfructum ueſtimenti & alterius quantitatis, quod nō eſſet ſecundum iſtas ſolutiones. Puto ergo, q̃ iſte ſit uerus intellectus illius text. ſ. q̃ ſit differentia inter uſumfructum ueſtimenti & alterius q̃titatis, qa in uſufructu quantitatis tranſit dominium in uſufructuarium, ut hoc tex. ſecus ſi in uſufructu ueſtimenti, quando non eſt relictus ut quantitas, quia non tranſit in uſufructuarium: quod patet ex illo tex. ibi, dum dicit, quod ſcenica ueſte nō debet uti niſi in ſcena, & in ſimilib. & tamen poſſet ubicunque uti, ſi dominiū eſſet translatum in eum, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. Et hunc puto eſſe uerum intellectum illius textus.

SVMMARIVM.

1 *Actiones perſonales durant 30. annis.*
2 *Vſusfructus quo tempere non utendo tollatur.*
3 *Ius pignoris eſt parui præiudicij.*

§. Finitur. Morte naturali, & maxima & media capitis diminutione, item conſolidatione cum proprietate & rei interemptione, u-
a ſusfructus finitur. h. d. a No. uſumfructum finiri mor
te naturali. Item & morte ciuili, ſi quis maximam &
mediam capitis diminutionē paſſus fuerit. Secundò
no. uſumfructum ab uſufructuario domino proprie-
tatis cedi poſſe, & econtra; quia dominus proprie-
tatis pōt cedere uſufructuario, quo caſu ceſſa proprie
tate, extinguitur uſusfructus; quia ius utendi fruēdi,
quod appellabatur fructus & uſusfructus formalis,
tunc appellatur q̃dam commoditas utendi fruendi,
& dicetur uſusfructus cālis. No. in uer. eo amplius. in-
teritu rei extingui uſumfructum. No. ſingu. finito uſu
fructu proprietatem reuerti ad dn̄m pleno iure. In gl.
modici. ibi, tollitur. no. ſing. q̃ actus perſonalis tollit
1 ſpatio decem ann. inter p̄ſtes, & 20. inter abſentes,
quod uī̄ contra naturā perſonalium actionum, † quę
durant ſpatio 30. anno. l. oēs. & l. ſicut. C. de præſcr.
2 30. ann. l. 2. C. de conſti. pecu. Sed ideo hoc hic ſtatuit
pp naturam rei, q̃a † uſusfructus tollitur non utendo
per ſpatium 10. ann. inter p̄ſtes, & 20. inter abſentes,
un̄ ēt actio tollitur, ut hic uidebitis, & in l. corruptio
nē. C. e. In fi. gl. in uer. areæ. non ob. hæc l. all. in gl. quia
loquitur in iure pignoris, quo caſu licēt domus peri
b matur, ius pignoris in area b relinqtur, ut de cautela
3 creditori ꝓ uideat eo mō, quo fieri pōt. Præterea † ius
pignoris eſt parui ꝑiudicij. l. fi. C. q̃ res pig. obli. poſſ.

ADDITIONES.

c Voũ ppetuò no. q licet, pupillaris ita cõcipiatur, si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, &c. tñ ad huc ut substitutus admittatur, nõ est opus q pupillus sit hæres. casus est in l. Iulia. in prin. ff. de acq. hær. quẽ ita alle. Bar. in l. j. in prin. ff. de uol. & pu. in uersic. iuxta hoc quæro. & in l. a. in prin. ff. eo. in 3. q. prin. ubi omnino uide.

d De statuto, ex quo disponitur, q positionibus debet responderi simpliciter. uide Bal. in d. l. j. & Bar. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obl. & §. præterea. infra. de inut. stip.

e Vide Bell. infra in gl. super uer. morib.

f De potestate consuetudinis Bell. consi. 1. nu. 2. & consi. 12. & 13. ubi de consuetudine soluendi collectas.

g Ad omnia requisita posita per hanc gl. & Doc. uide Bel. plenè, qui plura ex eis infert

h Ad alias omnes gl. huius principij, quas iste omittit, uide hic, Bello.

i Quot requirãtor ad hoc ut teneat pupillaris substõ. Dic q octo, quarum quinque ponuntur hic in gl. Primò, q sit de liberis. Secundò, q sit impubes. Tertiò, q sit in ptãte testãtis. Quartò, q alij filij sint instituti uel exhæredati, ut ualeat testm̃ pris. Quinto, si est nepos cui fit hæc substõ, q nõ sit recasurus in pris potestatẽ. Sexto, q pr̃ filijs testetur, nisi sit miles, q pt substituere pupillariter filio, licẽt nõ testetur. l. 2. § quisquis. ff. eo. Septimò requiritur q impubes sit institutus uel exhæredatus. ff. e. l. 2. uer. sed si eos. Octauo requiritur q adeatur hr̃ditas. ff. e. l. 2. uer. adeo. nisi sit miles, in l. fi. ff. de test. mil. de quo per Bar. in d. l. 2. ff. eo. Si ergo requisita istius gl. & alia q̃ addũtur hic p Doc. p Bar. & alios in l. a in prin. ff. eo. sunt necessaria, ergo iste tex. est diminutus. Ego puto q oĩa requisita sint in isto tex. Et quartũ requisitũ, q nepotes non dẽant reincidere in ptãtẽ alterius, ponitur in hoc prin. in uer. moribus. in uer. eius ætatis, ubi oñt q possit substitui pupillariter, qñ quia impeditur ob ætatis testari: ergo si impeditur alio impedimento, nõ posset sibi substitui pupillariter. Cũ ergo iste recasurus impeditur alio impedimento, q̃ ætatis, s. ptãtis, ergo non potest sibi substitui pupillariter. Alia requisita, s. q dẽt institui uel exhæredari, ut hic in gl. & q dẽt hæreditas adiri ex paterno testõ ponuntur in §. liberis. infra eo. ubi generaliter dr̃, q ita demum ualet substitutio pupillaris, si ualet paternum testamentum. ergo nisi sit adita hæreditas patris, non ualet pupillaris substitutio.

k De hac tacita uide laté Bello. lib. 4. suppu. c. 17.

l Adde q expressa fit istis uerbis, puta, Talem hæredem instituo, & si non erit heres, uel in pupillari ætate decesserit, Titius sit hæres. Vel si dicantur post institutionem filij hæc uerba, q̃ si quis mihi heres erit, sit heres filio meo impuberi. l. qui liberis. §. hæc uerba, de uul. & pup. subst. Tertia uerò e, q̃ tacite cõtinet pupillarẽ, puta si dicat filiu meũ hr̃dẽ istituo, & si filius hr̃s nõ erit, talẽ substituo: qa cõprehẽditur tacita pupillaris, uidelicet,

uel si erit, & in pupillari ætate, &c. & econtra pupillaris cõtinet tacitam uulgarem. d. l. iam hoc iure.

m Adde alium effectum, quia pupillaris expressa excludit matrem & alios ab intestato pupillo succedentes, sed pupillaris tacita cõtenta sub uulgari, non excludit matrem, ut no. in l. precib. nec patrem impuberis emancipati nec auiã, nec fratrẽ pupilli utrinq; coniunctũ, & in Bar. in d. l. 2. Sed pupillaris, quæ continetur sub compendiosa, puta p hæc uerba, quicunq;, uel ẽt contẽta in reciproca, puta in illa, uos inuicẽ substituo, bene excludit matrem & alios ab intestato pupillo succedentes. d. l. precibus. Est ẽt alius effectus, quia succedens ex pupillari habet oĩa bona patris & pupilli, undecunq, quęsita, & ẽt legitimam debitã iure naturę in bonis patris, ut in gl. bene facit gl. in l. 1. § qui nota. de uen. insp. & l. sed si plures. § ad substitutos. nisi in milite & arrogato, ut hic in glo.

n Et est ratio, quia postq̃ pupillus adiuit hẽditatẽ pr̃is, non dñr amplius bona patris sed filij, & dr̃ effectum unum pr̃imoniũ, iuxta gl. no. in l. j. §. ueteres. ff. de acq. pos. nimirum cũ sit vnum patrimonium si in torũ succeditur p substitutũ. Et p hoc posset attẽtari q̃ gl. ista in prin. male dicat, dũ dicit q̃ ex substõne pupillari succeditur nedũ in bonis pupilli, sed ẽt patris, nam uĩ non esse uerum, cũ adita hẽditate p pupillũ, ut p̃supponit substõ pupillaris, non dicantur amplius bona patris, nisi large.

o De hac ratione uide latius per Bello.

p Hæc ratio non placet Bello. qui altam dat concludentem.

SVMMARIVM.

1 *Filijs mente captis pater potest substituere ad exemplũ pupillaris substitutionis, & hæc substitutio dicitur exemplaris.*
2 *Exemplaris substitutio conuenit in duo. cum pupillari, & in uno inter se differunt.*
3 *Substitutiones comprehensæ in substitutione breuiloqua, sunt tacitæ.*
4 *Aliquid dicitur expressum dupliciter.*
5 *Pupillaris substitutio expirat adueniente pubertate.*
6 *Quare dicatur substitutio exemplaris.*
7 *Pupillaris substõ claudi potest ad minus tempus quam sit pubertas.*
8 *Pupillaris substitutio non potest fieri ultra pubertatem.*
9 *In quibus substitutio exemplaris conueniat & disconueniat à pupillari, late.*
10 *Exemplaria substitutio duplex.*
11 *An breuiloqua substitutio sit species substitutionis, sicut uulgaris & pupillaris.*
12 *Quid substitutio compendiosa, quæ alio nomine dicitur breuiloqua.*
13 *Quare dicatur compendiosa.*
14 *Quid sit effectus substitutionis compendiosæ.*
15 *Quæ sint uerba obliqua, directa, & communia.*

§ Qua ratione. Exemplaria substõ, q̃ ad exemplũ pupillaris fuit introducta, fieri potest à parentib. liberis ẽt puberib. eaq; expirat adueniẽte sanitate; sicut pupillaris adueniente pubertate. h. d. No. primò, q̃ qua
r 1 †rõne permissum est parentib. substituere pupillariter liberis impuberib. eo, q̃a pp defectum ætatis testamentum conficere nõ pñt: eadem rõne p̃missum
a est parentib. substituere liberis puberib. *a* mente ca
b ptis, *b* quia pp defectũ suæ mentis testari non possũt nec sibi de hr̃de prouidere. Si tñ aliquis esset pupillus & mente captus, non posset ei substitui exemplariter, sed pupillariter, attento uitio naturæ, quod cõsistit in ætatis defectu, non attento uitio accidentali
c *c* quod consistit in mente captis. arg. in l. qui hẽt. §. j. ff. de tute. Item no. q̃ exemplaria substõ fuit adinuẽ
2 ta exemplo pupillaris. Item no. † q̃ exemplaria substitutio conuenit in duob. cum pupillari. Primum, quia sicut pupillaris fit pupillis & mente captis, q. b. utroque casu non ualentib. testari, de hærede p̃uidetur. Item quemadmodum pupillaris expirat adue-
d niente pubertate, hæc quoq; finit *d* adueniente sani
e tate: quia *e* utroq; casu mente capti quondam & pupilli suscipiunt habilitatem conficiendi testm̃. Discrepant autem in alio, quia pupillariter cuicunque põt substitui: exemplariter aũt certæ p̃sonæ sunt sub
stituendæ, ut liberi mẽte capti. l. fr̃es. §. humanitatis.
f C. eo. In fi. gl. exemplum *f* ibi, quinq; gñа. *g* melius
g fecisset glo. ut dñt Docto. primò distinguere duo membra: quia substõnum quædam sunt directæ, quædam obliquæ. Directarum quoq; quinque sunt gene
3 ra, ut sequitur. Ibi. l. cũ in testõ. §. j No. ex gl † q̃ uul-
* gares *h* substõnes comprahẽsæ in hac substõne bre-
h uiloqua, uos inuicem substituo, sunt tacitę, & idem tenuit gl. in l. in testõ. C. de test. mil. Gl. autem in l. Lucius. ff. eo. dicit q̃ sunt expressę. Pro quarum concor
4 dia dicite ex mente Bar. q̃ † aliquid esse expressum sumitur dupliciter. Vno mõ expressum generalibus uerbis, & hoc mõ dicantur expressæ: quia hæc uerba Vos inuicem substituo, ex eorum generalitate comprahendunt uulgares, & ita intelligatur gl. in d. l. Lucius. & probatur in d. l. fi. C. qd cum eo. Alio modo intelligit expressum verbis specificis, & hoc casu hę uulgares non dñr expressæ, sed tacitæ, & ita loquit hęc gl. p̃batur. in l. quia tacita. de hęr. inst. Sed ĩ dubitatum est id, quod gl. posuit de tacita uulgari, quę cõprahenditur in expressa pupillari, quia illa oĩ respe
5 ctu tacita appellatur. Ibi, huius. No. ex gl. q̃ † pupilla
i ris substõ expirat adueniente pubertate. *i* Sed dubiũ est, quid de vulgari tacita, quæ comprahenditur in expressa pupillari, an illa expiret adueniente pubertate. Vr̃ q̃ non, quia uulgaris solùm expirat hæredita te adita. l. post aditam. C. eo. & ita uĩ tenere gl. in l. lex Corn. ff. eo. Contrarium uidentur tenere Doc. dicentes, q̃ sicut expressa uulgaris non expirat adueniente pubertate, ita tacita uulgaris clausa sub ea. l. si quis ita. §. j. ff. eo. l. 2. §. si prius. ff. de secun. tab. Ego al lego l. 4. §. fi. ff. de ser. rusti. præd. Ibi, ut hic dr̃. No. q̃
6 † substõ exemplaria *k* ideo appellatur exemplaria,
K quia ad exemplum pupillaris fuit inuenta. Sed hæc non uĩ bona, quia secundum hoc debuisset citius appellari exemplata, quia illud originale, ex quo aliud extrahitur uel exemplatur, exemplar dr̃: extractum aũt appellatur exemplum. l. j. §. si ex duob. ff. de secũ. tab. ergo exemplaria debuisset, exemplata appellari. Guil. de Cu. respondet dicens, q̃ non est curandum de hoc nomine, quia qõ nominum pertinacib. relinquitur. no. gl. in rub. sol. mat. & in l. 2. C. de const. pecu. Sed hæc responsio non est bona, quia uoluit eam ideo exemplariam appellari, quòd ad exemplum pupillaris fuit adinuenta. Vnde vos dicite, quòd aliquã do aliquid extrahitur ab originali, & tunc originale appellatur exemplar, extractum uerò exemplatum. Aliquando quid non extrahitur ex aliquo originali, sed ad eius similitudinem fit, & tunc hoc tale quod fit, potest exemplar appellari: & ita loquitur hic. Exemplaria uerò substitutio non extrahitur de pupillari, sed ad eius fit similitudinem: & tunc tale quod fit, potest exemplar appellari, & ita loquitur hic, & l. humanitatis C. eo. ibi l. in pupil
7 lari, colligitis duo, † q̃ licèt à lege sit tributum parẽtib. ut possint substituere pupillariter usq; ad pubertatem, substitutio tñ pupillaris potest claudi per testatorem ad minus tempus. Ex quo infert Bal. quòd si ex forma statuti sit tributum rectori, ut possit de causa cognoscere ascẽdẽte usque ad mille, poterit etiam cognoscere de cã minoris summæ. facit l. dil genter

8 gĕnter.ff.manda.Item colligitis scdò,ꝙ† testor non
habet ptãtem substituendi pupillariter vltra puber
tatem.Ex quo colligitis,ꝙ testator non pōt proro-
gare tṗs à lege statutum. Vnde dicit Bal. ꝙ partes
in iudicio nō possent prorogare tpa appellandi,nec
appellationem prosequendi,itē nec tpa præscriptio
nis.facit.l.in pupillari.ff.eo.Bal.in l.Centurio.ff.eo. r
gl.in l.properādum.in prin.C.de iud.Ibi,substitui.
Vos dicite plenius, ꝙ exemplaria substō conuenit
9 cum pupillari.†Primò in cā,pp quam:quia sicut pu
pillo pt pupillariter substitui, quia nequit testari
propter defectum ætatis, ita mente capto exempla-
riter pōt substitui,quia nequit testari pp mentis de
fectum.Scdò conuenit in effectu, quia quemadmo-
dum per pupillarem succeditur pupillo,& ei de hæ
rede prouidetur,ita p exemplariam succeditur men
te capto,& ei de herede prouidetur. Item conuenit
in forma verborum: quia sicut pupillaris fit verbis
affirmatiuis,ita ēt exēplaria. Itē conuenit,quia sicut
pupillaris expirat adueniente pubertate, ita exem-
plaria adueniente sanitate,ut hic, & l. humanitatis. s
C.eo.Sed discrepat in multis.Primò in persona sub
l stituentis, l quia pupillariter solus pater pōt substi
tuere.l.humanitatis.C.eo.Ratio differentię,qa ptās
substituendi pupillariter est adinuenta p puncta iu-
m ris,inspecto iure patriæ ptātis, m quo cum mulier ca
reat substituere pupillariter non pōt.§.fœminæ. su- t
pra de adopt. Sed ptās substituendi exēplariter fuit
prodita ex quadam humanitate,miseratione & san-
guinis coniunctione.l.humanitatis.C.eo.in qua hu
manitate cū patri sit par mater.l.furioso. ff.de cur.
fu.nimirum si ita matri,sicut patri hęc ptās tribui-
tur.Scdò discrepat in personis, quibus substituitur
qa pupillaris solùm impuberibus, hęc puberibus
fieri pōt,vt hic.Item discrepat in personis substitu-
tis:quia pupillariter quicunq; pōt substitui:exēpla-
riter āt sunt certæ personæ præferendę,& primo sub
stituendi sunt liberi mente capti,si extant: si non ex
tant,fratres mente capti:& alijs non extantibus qui
libet pōt substitui.l.humanitatis.C. eo. Item dfunt
in tpe,quia pupillaris clauditur itra tpa pubertatis,
exemplaria uerò clauditur intra tempora sanitatis,
ut hic,& l.ex facto.& l.ī pupillari.ff.e.Itē discrepat:
quia pupillaris fit exhæredato, exemplaria autē nō.
§.non solum,j.e.l.2.§.fi.ff.e. iuncta. l. humanitatis.
C.eo.Ratio dfię:nam cū exemplaria fuerit introdu
cta ex quadam humanitate,non vr̄ frętus humanita
te parens qui liberos exhr̄dat:vnde exēplariter non
pt substituere.l.2.& l.Titia,de inoff.test.Item discre
par,quia pupillaris fuit inuenta iure consuetudina-
n rio.n l.2.ff.eo.exemplaria fuit inuenta iure scripto.
o l.humanitatis.C.eo.o Addite ꝙ†exemplaria est du-
10 plex:una expressa,quæ fit verbis expressis:alia āt ta-
cita,contenta sub uulgari,ut no.in d.l. humanitatis.
11 Ibi.§.j.No.ꝙ†breuiloqua substitutio p est facta spe
p cies substitutionis,q sicut uulgaris & pupillaris, &
q idem uoluit gl.in c.Raynutius, extra de testa. in ru-
br.ff.eo. Doctores cōiter tenent contra, ꝙ breuilo-
qua dicitur genus, aut saltem substitutionis adie-
ctio.Et idem dicunt de compendiosa. Mouentur
per l.iam hoc iure.uersi. ꝙ ius, in uerbo, genus. ff.
eo.Mouentur ratione,quia genus est,quod prædica
tur de pluribus specie differentibus.l. si peculiū.ff.
de manumiss. sed breuiloqua complectitur uulga-
res pupillares,& exemplares, ergo est genus. Item
mouentur per l.3.§ cui congruit.ff.de peculio. Ego
puto opin.gl.de iure ueriorē:quia qñ ex multis sim
plicibus fit unum compositum,creatur noua q̄dam s
spēs.r §.eum qui,supra.de rer.diui.& l.munerum.§.
mixta.de muner.& honoribus. Sed ex uulgaribus,
exemplaribus & pupillaribus conficitur compēdio
sa,ergo spēs noua appellatur. Ad l.iam hoc iure.rñ,
ꝙ ibi sumit̃ genus improprie,prout est prædicabile,
& de pluribus numero differentibus.probatur ibi in
uerbo,tertium,ex quo excludit uulgarem ac pupilla
rem tanquam primum & scdm genus, quod esset ab
surdū,si propriè genus appellaretur. Non ob. ꝙ sub
compendiosa plures substitutiones comprehendan
tur,quia comprehenduntur sub composito,non tan
quam sub genere suo.Et sic concludo,ꝙ compendio t
sa & breuiloqua appellantur spēs substitutionis in-
distinctè:nam appellat̃ compēdiosa,quia plures sub
stitutiones: breuiloqua,q̄a uerbis breuibus f plures
substitutiones complectitur.l.cū in testō.§.j.de hær.
inst.ubi tex.scdm Bal.in versi.breuiter.Appellat̃ aūt
reciproca,quia fit hincinde, & nullus est excessus ex-
tremorum.l.iam hoc iure.§.j.ff.e. altero extremorū
excedēte uitiatur,ut ibi per Bal. Circa substitutionē
compendiosam t primò quæro,quid sit:scdò, qua-
re sic appellatur: tertiò,quis sit eius effectus. Ad pri-
12 mum dic,ꝙ†compendiosa est illa, quæ fit sub con-
dōne mortis,uel conditione quæ multa complectit̃
tempora.l Centurio.l.precibus.ff.& C.de impub.&
alijs substit. Nam siue dicatur,qñcūque decesserit,
sine limitatione temporis;siue dicat̃, si decesserit in-
tra triginta annos,& sic cum limitatione temporis, x
uel cum alia cōditione, ut si aliquid fecerit uel eue-
nerit,est substitutio compēdiosa, & cōplectit̃ multa
tēpora.s.tṗs pupillaris ætatis si est facta pupillis, &
tṗs pubertatis.d.l.precibus,& l.Centurio.Ad secun-
13 dum dic,ꝙ†appellatur compendiosa, quia sub com- z
pendio uerborum & breuitate multas complectitur
substitutiones, scilicet uulgarem & pupillarem, &
fideicommissariam. Et fuit introductum hoc nomē
Compendiosa,ab Imperatore.d.l.precibus. Ad ter-
14 tium, † quis sit eius effectus: ut sic appareat, an &
quando per hanc substitutionem succedatur dire-
cto, *& quando per fideicommissum, & qñ mater
excludatur,& quando non. Dic, ꝙ aut fit à milite,
aut à pagano. Si à milite, tunc per uerba directa,
aut obliqua, aut cōia. Si per uerba directa,ut filio
meo impuberi, uel etiam puberi quandocunq; de-
cesserit talis sit hæres,tunc ualet iure directo, priui- a
legio militis,ut no.in l. milite. ff. de testa. mili. Sed
tñ pupillo moriēte in pupillari ætate, substitutus ca-
pit oia bona pr̄is & filij: sed eo moriente in adulta
ætate,capit solū bona pr̄is cū fratribus extantibus.
d.l.Centurio.Fallit tñ,quando filius hæres moritur
in adulta ætate,& mater est in medio, quia tunc fa-
uore matris obliquatur, ut tenet glo. hic, & in d.l.
Centurio.Sed tamen Bar. tenet quòd imò iure dire- c
cto: sed si fit per uerba communia, ut est uerbum
Substituo,tunc si mater est in medio, & filius mo-
riatur adultus,bene obliquatur. Tertio casu, quan- b

do fit per uerba obliqua, ut cum rogae hæredem resti- tuere alteri, tunc est fideicōmissaria. l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. Quarto casu, si fit per uerba communia, puta, talem substituo, tunc post tēpus pubertatis illa obliquatur si medio, aliàs sēp ualet iure directo d. l. pcibus. Sed si à pagano fiat,

u quæ sit eius effectus, distingue similiter tria mēbra: quia aut fit p uerba directa, aut obliqua, aut cōia. Si per directa, ut q̄ncunque decesserit, talis sit hæres, uel talē hædem facio, tūc valet iure directo infra tēpus pupillaris ętatis, postea nullo mō l. uerbis. & l. in pupillari. ff. eo. & hoc tenet hic gl. & tenent cōiter Doct. & Ioan. And. in c. j. de testa. in 6. licèt postea in nouella, in d. c. tenuerit oppositum. s. q̄ post pubertatem obliquetur, ut ualeat ut fideicom. de quo dic ut per Bar. in l. Centurio. & Sali. in d. l. precibus. Et hoc ēt, quādo per obliqua, scilicet restitnas: itē communia,

15 scilicet substituo. unde ubi supra iu d. c. i. † Quæ autem sint uerba obliqua, quæ directa, quæ communia. Dic, quòd directa sunt illa, quæ de sui natura important ut substitutus capiat de manu testatoris, & à seipso, non ab alio: ut est uerbum, Heres esto. l. eam quā. C. de fideicommiss. & l. omne uerbum. C. cōmu. de leg. ut est uerbū, te hædem facio, ut hic i gl. Obliqua sūt, per quę substitutus capit de manu alterius, ut est uerbū, restituit. l. cohęredi. §. cū filiæ. ff. e. Item uerbū, detur, ut l. fundi Trebatiani. de usufru. leg. & uerbum, redditur. l. uerbum reddendi. de uerb. sign. communia uerò, quæ ad utranque significationem: ut uerbum, substituo, peruenit, ptineat, habeat, Bar. ī d. l. Centurio. & cet. & hęc oia ponit Bar. in d. l. Centurio. In dubio āt substitutio debet interpretari ut ualeat iure directo magis quàm obliquo, ut dicit tex.

x in c. si pr̄. de testamen. in 6. Gl. infirmatur. x ibi, l. nec eit. Et est ratio, qa tunc impeditur arrogatus non solùm ex defectu ętatis testari, sed ex alio defectu, qa: est subiectus alterius ptāti, cui p dationē pupillaris substituti potuit, puiderī, ut supra dixi i pri. In fi. gl.:

y y Ratio horum casuum est: nam cum annullatur principale, consequenter & pupillare, quod est accessorium, ut probatur in dictis iuribus, & in l. quod per manus. ff. de iu. codicil. & habetis gl. similem in l. pupillari. ff. eo. Sed uos addite alium casum, quo finitur substitutio pupillaris, hoc est, taxato tempore à testatore. l. ex facto. §. itē quæro. ff. eo. Addite alium casum, quando in pupillo malitia superauit ętatem, & ex ętato filium generauit: ita habetur & no. in l. ex facto. ff. eo. quia non est uerisimile præferre extraneū substitutum nepoti ex filio postea nato.

ADDITIONES.

a Dic melius, ut per Bar. in d. l. ex facto, in uersi. sed quæro tuxta hoc. & contrarium eius, quod iste hic uult. Glo. 3. circa mediū, dum circa exemplariam dicit, hoc etiam minoribus fit, ergo sentit etiam maioribus, & ita hanc glo ponderat hic Io. Fab. quem ante nō videram, & eum omnino uide, ponderantem ad hoc tex. hic in verbo, & si puberes sint. tamen tex. iudicio meo non posset stare implicatiuè, quia implicaret casum magis dubitabilē, contra glo. in l. illud. ff. ad leg. Aquil. & glo. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor.

b Hoc uerbum, mente capt s, capitur largè, ut per Bellon.

c Vide quod per istam rationē accidentis uult Bellon. i tract. rubr. ff. de offi. eius, ubi tractat de delegato ab ordinario; & eundem hic, qui latius distinguit hunc casum.

d Quomodo debeat intelligi quòd finiatur, uel infirmetur, uide hic Bello. nu. 9.

e Ex rationem pulchram ponit Iurisconsultus in d. l. ex facto. Et adde q̄ eodem modo finitur exemplaria per superuenientiā liberorum, d. l. ex facto. Ex quo posset inferri ad quæstionem Bārto. in d. l. ex facto. an si post legitimationem filij naturalis tātum, nascantur filij legitimi, possit succedere legitimatus unà cum legitimis.

f Et ita facit glos. nostra in c. Raynut. in uer. si absque liberis. extra de testa. Et ista glos, licet non diuidatur per Doct. eo quia de se satis diuisa videtur, tamen ego diuido illam in tres partes principales. In prima infert ex tex. In secunda ponit intellectū & distinctionem substitutionum per quinque genera. In tertia & ult. distinctionis membra in specie prosequitur declarando. Secunda ibi, unde ut plenè de his. Tertia & ultima ibi, prima s. uulgaris, &c Rursus tertia principalis subdiuiditur in quinque particulas, prout quinque genera substitutionum in specie declarat. Partes per se patent.

g Hoc uerbum, genera, capitur pro speciebus: & an hæ omnes substitutiones differant specie, uide Bello. in princ. glos. hic.

h De hac uulgari expressa & tacita tradit hic latè Bello.

i Quid in vulgari contenta in pupillari, an capiret eodem tempore, Bello hic. nu. 17.

K Adde q̄ circa hanc exemplariam sex quæri possunt: primò, quid sit: secundò, quotuplex: tertiò, quibus verbis fiat: quartò, à quibus: quintò, qui debeat institui: sextò, à quo discordēt exemplaria à pupillari. Circa primum dic q̄ talis substitutio est illa, quæ fit furiosis vel mēte captis. l. ex facto. ff. eo. puta, filium hęredem mihi facio & si ante quam ad sanitatem perueniat decedat, talem substituo. Tacita est, quæ continetur in expressa vulgari facta furioso. argum. l. si prædicta. ff. de reb. eo. Vel quæ continetur expressa pupillari facta filio furioso, uel mente capto impuberi in potestate: nam intra tempora pubertatis valet ut exemplaris. l. Centurio. ff. eo. & ita tacita non excludit matrem sicut nec excludit tacita pupillaris, rat one paritatis quam habent adinuicem. Dic, q̄ ista fit illis personis quæ propter morbum sibi prouidere nequeunt, puta furiosis, quibus similiter datur curator § sed mente captis, infra de curatoribus. Adde tu, q̄ non in omnibus conuenit cum pupillari, nisi in his casibus, in quibus reperitur cōcordari in d. l. humanitatis. C. eo. Ad quintum dic, q̄ hæc substitutio fit à parentibus tam masculis quam fœminis. s. patre, matre, auo, &c. d. l. humanitatis. Quid autem si pater furioso filio substituit unum, & mater alium, quis præfertur? Dic, secundum Bar. in d. l. ex facto. q̄ si est in potestate patris filius, ipse substitutus patris habet paterna bona, & alius matris habet mīna. Si uerò non est in potestate, tunc habēt, put supra, sed diuidunt aduētitia æqualiter. Ad sextum dic, q̄ dēne institui primò liberi furiosi, secundo fratres &c. ut hic in gl. Ad vltimum in quibus discordet, dic ut in gl.

l Differentias inter pupillarem & exemplarē ponit hic Bello. nu. 18 cum seq.

m Ex qua resultat alia differentia quia pupillaris fit constituto in potestate: sed exemplaria non, quia fit a matre. Non tamē fit à matre, quæ transiret ad secūda uota, imò facta, est nulla, quia aucuparet filios, ut darent secundo marito. l. lex quæ tutores. § fi. C. de administr. tuto. l. 3. ff. eo. de inoffi. testa.

n Adde q̄ in exemplaria non potest quis exhæredari quin habeat legitimam: & si sibi confertur & ea non satisfacit, pōt agere ad supplementum. l. humanitatis. supra alle. iūcta l. oīno. C. de inoffi. test. Adde alias differentias, quia exemplaria capitur liberis procreatis ab isto furioso, nisi testator illos instituisset vel substituisset. d. l. humanitatis. sed impubes nō procreat filios, arg. supra de nup. § j. Item discrepat, quia in pupillari pupillus pōt adire cum authoritate tutoris. §. sed neque. supra de auto. tuto. sed in exemplaria curator furiosi dēt petere bonorū possess. s. u. tab. l. cum hīs insti. ff. ad Treb. Item differunt, quia hæc fit & ante pubertatem & post, illa solum ante. l. si ita. ff. eo.

o An āt filius possit substituere pr̄i furioso exēplariter, sicut ecōtra? Dic q̄ non, quia hoc non reperitur iure cautū, licèt possit filius dare curatorē patri furioso. l. is q. ff. de tut. & cur da. ab his.

p An āt hęc substitutio cōtineat substitutiones expressas, vel tacitas, vt sic appareat quis sit eius effectus, an pillas excludatur mater & venientes ab intestato? Dic q̄ substitutiones cōtētæ in ea, expressa seu breuiloqua sunt ex pssę uerbis generalibus, & nō specialibus: & ista generalis expssio est sufficiēs ad excludēdū mr̄em & alios ab intestato veniētes, ut tenet gl. ff. eo. l. Lucius.

q An hæc breuiloqua sit species substitutionis, uide Bellon. supra in princ. glos.

Hac

r Hac ratione mixtum imperium facit nouã speciẽ, Bellon. lib. 3. supput. c. 5.

s Quare dicatur breuiloqua. Dic, quia fit breuibus verbis. l. Lucius. ff. e. Et reciproca appellatur, quia repetitio fit unius ad alterũ. l. iam hoc iure ff. e. & de ista hr̃ in l. hẽditatem C. eod. & in d. l. Lucius. Et fit per hæc verba, inuicem vos substituo: vel per hæc, Vter eorum viuet alteri succedat. nam per ista verba, vter, &c. cõprehenditur tacita vulgaris. l. Titius & Seius. de hære. in stit. Et dic, quod ista substitutio breuiloqua continet aliquãdo duas substitutiones tantùm vulgares: vt qñ fit duabus personis impuberibus, quia una erat impubes, alia non, sed pubes. d. l. iam hoc iure. Quãque continet duas pupillares tantùm, puta quãdo fit duobus pupillis exhæredatis, vt infra, in §. non solùm. quandoque continet quatuor, duas pupillares, & duas vulgares, vt qñ fit duobus impuberibus in potestate existẽtibus institutis. d. l. Lucius. ff. eo. Quandoq; continet octo, puta duobus impuberibus substitutis inuicem pupillariter, si dicat postea, quicunq; decedat inuicem substituo: quia cõtinet quatuor fideicõmissarias. d. l. Lucius.

t Ad euidentiam vltimæ partis gl. dum tractat de compendiosa, præmitte, quod paganus non põt substituere directò post aditam hẽditatem. C. de impub. nisi pupillo, ut supra, in princ. huius tit. Et puto esse rõnem, licet tactum nõ inueniam: quia postquàm hẽs adijt hẽditatem, effectum est proprium patrimoniũ hæredis, ita quod non dicitur amplius testatoris, iuxta gl. nota. in l. 9. §. veteres. ff. de acq. poss. & l. hæres per seruum. & ibi dixi. ff. de acquiren. hære. Si ergo testator possit substituere post aditã, certè diceretur substituere in rebus alienis, & sic facere testamentum de rebus alienis, quod est impossibile, iuxta tex. illum reputatum singularem in l. sicut. §. venditionis. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. arguendo a speciali. Istud fallit in pupillo ratione, de qua in tex. suprà eo. tit. in prin. Intellige pdicta, quod non possit post aditam hẽditatem substitui directò, sed bene p fideicommissum. Et si dicis, nonne in fideicommisso militat rõ prædicta, quia in bonis alienis quis non põt grauari. Respõdeo, quod ideo permissum fuit olim, quòd fideicommisso posset grauari, quia olim non grauabatur necessitate præcisa, neq; ẽt cogebatur adimplere: nam nemo inuitus poterat cogi præstare id, de quo rogabatur, ut dicit text. infra, de fideic. hær. ĩ prin. Secus in substitutione directa, quæ benè erat onus præcisum. Item pmitte, q̃ vtilitas sit quod substitutio directa valeat iure directo uel iure fideicommissi: quas vtilitates ponit Bar. & ibi alij, in l. pcibus. C. de impube. & alijs substitu. Item præmitte, quod verborum quædam sunt obliqua, quædam cõmunia; & quod verbum, Substituo, est verbum cõe, ut tradit Bar. in l. Centurio, in quinta q̃st. prin. Itẽ pmitte, cur dicatur compendiosa, & an compendiosa sit propria species substitutionis, quod dic vt per Bart. in d. l. Centurio. Et si diceres, q̃ differentia est inter breuiloquã & compendiosam, cũ breuiloqua dicatur, quia sub breuitate verborum multas substitutiones cõplectitur: & cõpẽdiosa, quia sub breui cõpendio verborũ multas substitutiones cõprehendit? Dic quod breuiloqua comprehendit ex parte vtriusq; substituti, compendiosa ex parte unius tantum, ita quod non requiritur repetitio uel reciprocatio. Et ad rationẽ meam suprascriptã vide aliam meliorẽ, quã infra pximè scribo: & differẽtiã, quã pximè dixi, ponit Bal. in d. l. precibus, ĩ prin. Sed aduerte ad rõnem quam scripsi, quare post aditam non possit directò substitui, puto quod non sit bona, quia sequeretur quod hodiè non posset post aditam per fideicommissum substitui: qđ tñ est falsum, cũ hodie in fideicommissis grauamen imponitur cum ptẽ sã necessitate. Vnde cogitaui, aliam posse assignari rõnem: quia ex quo semel est effectus per aditionem hæres, non põt amplius desinere esse hẽs. l. & si sine §. sed qđ Papi nia. ff. de min. Si ergo diceremus, aliũ posse substitui directò, sequeretur quod duo essent directò hẽdes, & cõsequẽter dñi insolidum, qđ est impossibile. Non sic est, qñ quis substituitur per fideicommissum, quia pupillis remanet directò hẽs, scds per fideicommissũ. & sic utiliter.

• Quomodo succedatur ex compẽdiosa, distingue ut per Bellõ. hic, qui præmittit quæ dicantur verba directa & obliqua: nu. 11. cum sequen.

u Rõnẽ differẽtię ĩter militẽ & paganũ ponit hic Bello. nu. 15.

x Ad totam hanc gl. vide Belloquium, qui adducit rõnes in singula conclusione.

y Et dum gl. hic dicit: Item si nascatur posthumus testori, posset dupliciter intelligi. Primò, quod cũ per natiuitatẽ posthumi ptẽri tur ipitur testm̃ patris, rumpitur & pupillaris substitutio. Iste non est bonus intellectus, cũ gl. dicat intelligi secdm l. si patri filium. Addit e alium casum. s. qñ filius, cui est datus substitutus pupillaris, tempore mortis testatoris non reperitur in ptãte testatoris, cum tñ esset tempore testamenti: nam expirat pupillaris. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de uulg. & pupil.

SVMMARIVM.

1. *Dictio, quodammodo, est nota impropriet atis.*
2. *Valet testamentum, in quo uulgaris & pupillaris substĩo facta est.*
3. *Non solum filijs natis, sed nascituris potest pupillariter substitui.*
4. *An pupillaris substitutio dicatur unum testamentum, an uerò pars paterni testamenti.*
5. *Dominus non põt uendicare suum signum iniunctum alienis adibus.*

§ Igitur. Ex §. Igr̃. nota, quod testm̃ pupillare quo ad qd dr̃ onũ, quo uerò ad aliud duo appellantur. No. in uerbo, quodãmodo, quod

1 † dictio, quodãmodo, a est no. impropriet atis. cõc. l. in suis. de lib. & posth. No. in uerbo, tanquã, quod qñ

a pater substituit pupillariter filio, perinde hr̃ ac si filius testamentum condidisset. Non tamen intellexeritis, ut aliqui dixere, & malè, quòd pater substituẽdo pupillariter dicatur filio testari nomine filij: quia cum filius in uirtute propriæ personæ non possit testari, non poterit etiam per alium: sed pater dr̃ testari noĩe proprio, in uirtute potestatis a lege sibi tributæ. Et per hoc tolluntur multa contraria, quę põt fieri in hac materia: ita notat Bar. in l. 2. ff. eo. No. in uerbo, carum. quod hẽditas est facta causa fabricandi testamenti: quod uerum dicite de causa materiali, nõ autem efficienti uel finali. No. in uer. sin autem quis, tutius esse pupillo, ut uulgaris substitutio fiat ĩ principio testamenti, pupillaris fiat in fine, & caueatur ĩ prin. ne uiuo pupillo aperiatur, ne parentur insidię contra uitam. Sed dicet quis, uñ quod hæc litera nõ pcedat: nam si quidem loquimur in testõ nuncupatiuo, nõ procedit, quia oĩa palã testibus esse dẽnt, ita quod adeò erit nota uulgaris, sicut pupillaris. l. fi. s. de testa. & l. hac consultissima. §. per nũcupationẽ. C. eo. Sin autem loquamur in testõ in scriptis, non uñ posse procedere. Nam cum testm̃ reuoluatur, sigilletur, & signetur, non põt aperiri quin totum aperiatur. Sol. Dñt Doctores, quod pars prima signabitur per se, & pars inferior per se: unde inter primam partem & secundam debet esse spatium magnum uacuum; & si dixeritis, sed sic magis cautè gereretur, si ĩ duabus scripturis fieret testm̃. Rñdent Doc. nequaquã. Nam cum esset incognitum, in qua esset facta uulgaris, & in qua pupillaris, posset à casu in primis pupillarem aperire, contra salutem pupilli. Ex §. Istud,

2 no. † ualere testm̃, ĩ quo uulgaris & pupillaris simul est facta. Et fuit ratio dubitandi, quia uidebatur non ualere, quoniam parabantur insidię contra pupillũ.

b Ratio decidendi fuit, b quia non est uerisimile, patrem uoluisse eum pupillariter substituere, de quo diffidat. si tñ defendere contigerit, serua legis consilium. Item no. ex §. non solum. quia nõ solùm pupillis institutis, uerum etiam exhæredatis pupillariter

c substitui põt. Et fuit ratio dubitandi: c Nam cũ pater substituit pupillariter, fungitur officio pietatis & humanitatis, cui est aduersa exhęredatio filij. l. Titia, & l. 2. de inoffi. testa. unde quadam ratione contrarietatis, uidebatur testamentũ non ualere. Et fuit ratio decidendi, quia licèt testator exhæredauerit filium, tamen non fuit denegandum beneficium

cium oidem, sed alio capite prouidendũ: quia incõ-
uenientia non sunt multiplicanda. l. ratas. C. de re-
3 scin. uen. probatur in l. j. §. j. ff. eo. Finaliter no. † non
solùm iam natis, sed nascituris pupillariter substi-
tui posse. concor. l. 2. §. j. ff. eo. Rõ, q̃a posthumi hoc
casu ꝓ natis, ex quo eis de hr̃de prouidetur. l. qui in
vtero. ff. de sta. ho. In fi. gl. in uerbo, duo. Dicite ple-
4 nius, ꝙ † testm̃ pupillare dicitur unum respectu cau
sæ efficientis, hoc est testatoris, qui est unus. Secun-
dò dicitur unum respectu causæ formalis, q̃a vna
solennitas sufficit pro paterno & pupillari testamẽ-
to. l. patris. ff. eo. Tertio dr̃ vnũ patris & filij testm̃,
cum habet unam formam & unam rationem subsi
stentiæ, quia non p̃t subsistere pupillare, si paternũ
nõ tenuerit. §. liberis, inf. eo. & l. 2. & l. sed si plures.
§. si ex asse. ff. eo. Quartò dicitur vnum respectu iuris
accrescendi, quod hẽt ita locum, sicut hẽt locũ uno
condito testõ. l. qui patri, de acq. hær. Dicuntur autẽ
duo, quia duæ sunt hęreditates, una patris alia filij,
ut hic. Item dñr duo, quia duobus prouidetur de hę
rede, patri. s. & filio. Item dñt duo rõne facultatis, re
pudiãdæ hæreditatis. l. si filius, qui patri. de uulg. &
pupil. Item dñr duo, quia duobus temporibus pñt
confici. l. si quis eum. §. fi. ff. eo. In gl. super uerbo, li-
no. ibi, uendicaret dñs. Hæc cõiter reprobatur, quia
5 dñs non posset uendicare: † nam quemadmodum
ratione publicæ utilitatis inhibetur dño uendicare
tignum proprium iniunctum ædibus. l. t. de tigno
iniuncto. ita fauore ultimæ uoluntatis, in quo uersa
tur publica utilitas. l. uel negare. ff. quemad. testa. a-
per. Prohibetur ergo dñs uendicare chordulam, si
ue linum, ne pupillaris substitutio in præiudicium
uertatur. In fi. habent aliqui, ꝙ hoc consilium est ꝓ
ditum contra imperitos substitutos, non ãt contra
peritos. Pro cuius declaratione oppo. & videt̃ ꝙ hoc
consilium, de quo in litera, parum prosit pupillo.
d d Nam statim atq; vulgariter substitutus videbit vul
garem substitutionem factam in principio testamẽ-
ti, nonne sciet ꝙ in substantia comprehenditur taci
ta pupillaris, ex qua se uocatum intelliget? ergo nõ
est opus claudere in inferiori parte pupillarem. l. nã
hoc iure. ff. eod. Dicũt Doctores, id q̃d vulgo dr̃, q̃d
in uulgari expressa inest tacita pupillaris, hoc sibi
vendicat locũ, q̃do oẽs partes testi sunt apertæ, nec
de pupillari aliquid est dispositũ. Secus, q̃n oẽs par-
tes mandato testõris non sunt apertæ, quia tunc lex
non subaudit tacitam pupillarem, ne eius subaudi-
e tio fit frustratoria: quia frustratoriè tacitè lex ꝓui-
f dit, vbi expressè ꝓuisum sit à testatore. l. filio. ff. eo.
g e Gl. in uerbo, omne. f Gl. in uerbo, substitutum. g

ADDITIONES.

a Bellonus lib. 4. supp. c. 19. nu. 17.

b Vide Bell. de hac ratione lib. 5. supp. c. 6. ubi ponit intellectũ l. fi. C. de pact.

c Hæc ratio non placet Bello. quia non est generalis, ideo ipse aliam dat, quem uide.

d Contra consilium positum in §. si autem, opp. Nã uult substitutionem pupillarem esse fiendam clandestinè ne pupillus insidijs subijciatur, & postea uult uulgarem esse fiendam palã. Certè vr̃ in uulgari esse idem, quia ut substitutus ea uulgari admittatur, insidiabitur uitę pupilli. Vulgaris ãt cum possit hẽre locum in multis alijs casibus præter casum mortis, substitutus non ita inuitatur ad insidiandum. Vel dic, ꝙ uulgaris statim adita hr̃ditate expirat: & sic per aditionem, quam statim põt facere pupillus, & maxime cum beneficio inuentarij, cessabit omnes species uulgaris substitu. & cõsequenter p̃sumptæ insidię: ꝙ non est in pupillari substitutione, quæ durat ẽt post aditam.

e Reliquas gl. quas iste non legit, expedias ut per Bello.

f In gl. in uer. omne. Vide Io. Fab. hic. quã Ang. de Are. hic nõ intellexit. Et aduerte, ꝙ sol. istius gl. satis possit procedere, quatenus loquitur ibi tex. de emancipato: sed quatenus loquitur de exhr̃dato, nullum ibi esset priuilegium militis, & consequẽter illa sol. non posset procedere. Et si diceres, prout aliqui hic dicunt, ꝙ ibi erat filius exhæredatus & emancipatus simul, ostendo ꝙ istud non sit uerum: quia si e fuisset res inepta tanquã de extraneo. l. quidam cum filium. in prin. ff. de uerb. obl. Et si diceres, ꝙ ibi esset res apta considerato modo prędicto, ostendo ꝙ istud sit impossibile: nam contra testm̃ militis non hẽt locum contra tab. ꝙ ego probo ratione uiua, quamuis in specie tactum non meminerim me legisse. Nam aut filius fuit exhæredatus à milite ritè, & clarum est ꝙ exhęredato non datur cõtra tab. Aut fuit præteritus, & tunc aut ignoranter, & testamentum est ipso iure nullum. l. sicut. & l. si cum uel in utero. C. de testa. mil. ergo non competit contra tab. Ista non est bona consequentia, imò tunc propriè competit cõtra tab. Aut scienter, & tunc p̃teritio habetur pro exhæredatione, dictis iuribus: ergo competit contra tab. sicut in primo simili dicimus in testamento fęminarũ, quarũ ẽt pręteritio habetur ꝓ exhæredatione. l. illud. §. ad testamenta. ff. de contra tab. Unde ego aliter respõdeo ad l. miles ita § exhæredato, hic alleg. in gl. ꝙ ibi loquitur in exhęredato de per se, & in emancipato de per se. quatenus loquitur de emancipato, sto cum solutione gl. hic. Dum uerò loquitur de exhæredato, dico ꝙ si loquitur in substituto pupillari dato a pagano filio exhæredato, tunc in totum admittitur ꝑ regulas iuris, quia sicut paganus ipse non posset decedere ꝓ parte testatus, &c. ita non põt facere ꝙ filius eius pupillus: sed q̃a hoc bene facere posset miles. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. e. & notant Doc. supra in prin. huius tit. in gl. pater. idcirco nimirum si substitutus tantùm admittitur ad bona ab eo prouenientia. d. §. exhæredato, ꝙ ẽt multo magis esse debebit in pagano, nisi regulæ impedirent.

g No. gl. hic positam in uer. substitutum. in fi. ꝙ licèt impubes non possit exhæredari, quia non potest committere cãm ingratitudinis, l. si quis in suo. §. legis, de inoffi. testa. fallit q̃n est impubes doli capax, qui potest committere omne delictum p̃ter adulterium, & ideo etiam potest esse ingratus. l. si minor. ff. de adult. Proximus autem pubertati est ut in exemplo infra de inut. stipu. § pupil.

SVMMARIVM.

1 *Pater non potest pupillariter substituere filio suo, nisi ipse sibi testamentum conficiat.*
2 *Quomodo pater substituat filio exhæredato pupillariter.*
3 *Qui non habet bona, non potest facere testamentum.*
4 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non ualet.*
5 *An appellatione hæredis, contineatur hæredis hæres.*
6 *Substitutio compendiosa facta uerbis communibus, ualet omni tempore ut fideicommissaria.*
7 *An substitutio compendiosa facta uerbis directis, expiret adueniente pubertate.*

§. Liberis autem.

Pater filio pupillariter substi-
a tuere non p̃t, nisi testm̃ sibi conficiat, a & annullato
testõ patris, annullat̃ pupillaris substitutio. h. d. No.
1 primò, † non posse parentem pupillis substituere li
beris nisi sibi quoq; faciat testm̃. Nam testm̃ pupil
lare pars est & sequela testamenti paterni. concor. l.
2. §. j. ff. eo. c. si pater, extra de testa. lib. 6. Ex quo ha-
betis, ꝙ accessorium regulatur secundum suũ prin-
cipale, & pars secundum totum. concor. l. quod p̃
manus. de iure codici. Item no. ꝙ nullitas, quæ in-
fluit in testamẽtũ paternum, influit & in pupillare,
& illud reddit nullũ. No. in ver. vel singulis liberis,
impu-

impuberibus pupillariter ſubſtitui poſſe, quo caſu
ſingulis de hſde teſtamētario prouidetur. Itē & no
uiſſimo morienti, quo caſu ius legitimarum hære-
ditatum inter eos conſeruatur. concor. l. vt ſingu-
lis.ff.eo.Item no.ꝙ pupillariter ſubſtitui pt̃ expreſ-
ſa pſona ſubſtituti, ac ēt ſub oratione indefinita vel
b uniuerſali.cōcor l.qui liberis.§.hęc uerba. *b* ff. eo.
No.ex uerſ.maſ uſque ad pubertatē. & maſculis &
fœminis pupillariter ſubſtitui poſſe. Nō pupillarē
c ſubſtitutionē euaneſcere *c* & finiri adueniente pu-
d bertate, *d* quia euentus pubertatis præſtat conficien
di teſtamenti facultatē inſtituto, unde nō eget pro-
uiſione teſtatoris.l.2.ff.eo.No. extraneo inſtituto,
impuberi directò ſubſtitui non poſſe, nec ēt pube-
ri per fideicommiſſum:tñ ſubſtitutio facta tenet. In
e fi.gl. *e* primò colligitis, † ꝙ qñ pr̃ ſubſtituit pupilla-
2 riter filio īſtituto, debet pro forma ſibi prius teſtm̃
cōficere. Si uerò ſubſtituere uelit filio exhæredato,
pōt uel imprimis ſubſtōnem facere, uel de teſtō ꝓ
uidere: & idem tenet gl. in d.l.2. in §.prius, & ſequi
tur. Bar & cōiter Doct. rōne tali; nā qñ filius inſtitui
tur licèt prius ſibi ſubſtituatur, iſta peruerſio ordi-
nis in formam uerborum pōt reduci ad ordinem ī-
tellectus, hoc n.ō: Si filius meus hæres erit, & in pu
pillari ætate deceſſerit, Caium ſubſtituo, filium hæ
redem inſtituo. Iſta peruerſio pōt apertè ita redu-
ci, ut prius filius inſtitutus videatur, & poſtea ſub-
ſtitutio facta Sed qñ ſubſtō fieri debet exhæredato,
puerſio uerborum non pōt reduci ad ordinem in-
tellectus, quia non pōt ītellectu ordinari ut filius in
ſtitutus dicatur, quia eſt exhæredatus. Vnde dixere
Pet. & Bal. aut inſtitutio fit in uno eodemque teſtō,
in quo filius inſtituit' uel exhæredat', & non eſt tunc
uis quid præcedat, an inſtitutio, an ſubſtitutio, an
uerò exhædatio.d.l.2.§.fi. quia in his, quæ eodem a-
ctu gerunt', uerba tranſpoſita idem ſignificāt.l. qdā,
de pec.leg.l.ſi ita quis, de hęr. inſti. Aut ſubſtitutio
fit in uno actu, inſtitutio uel exhæredatio in alio, &
tunc prius debet pręcedere inſtitutio uel exhæreda-
tio, & ſequi ſubſtitutio: & ita loquitur.l.2. tñ prima
eſt cōior, & facit ꝓ ea.l.cū quidā.de liber. & poſth.
f *f* In fi.gl in uer.non ualeat. *g* vos addite authē.ſi qua
g mulier.C.de ſacroſan.eccl. Ex quibus colligitis, † ꝙ
3 qui non habet bona, non pōt condere teſtm̃: de quo
in d.l.conficiunt', & d.l.eius. Item probatur à defini
tione teſtamenti, Teſtm̃ eſt ultima uoluntatis nr̃æ
iuſta ſententia de eo, &c. Ecce quod bona ponuntur
in definitione teſtamenti veluti materia, ut dixi ſu-
pra de teſta.ī prin. Probatur ex diffōne hęreditatis:
hæreditas eſt ſucceſſio in uniuerſum ius, quod ha-
buit defunctus. Si ergo defunctus nullū ius habuit,
teſtm̄ eſt nullum, regula iuris, hæreditatis. In cōtra-
rium facit l.hæreditas.ff.de pet.hær. & l. qui ſoluen
do, de hær.inſti. Vos dicite pro concordia: Aut quis
non habet bona nec actu nec potentia, & tunc teſtm̃
non poteſt conficere ex defectu materiæ. & ita lo-
quuntur iura allegata prius: Aut quis non habet bo
na actu, ſed potentia habere poteſt, & tunc teſtm̃ cō
ficere poterit, & ita loquantur alia iura. Ex quo di
4 xit Bar. ꝙ † licèt non ualet donatio oīum bonorum
præſentium & futurorum, tñ donatio præſentium
tantùm ualet: quia poſteriore caſu etiam toleratur

facultas teſtī conficiendi, de quo in l. ſtipulatio hoc
modo concepta, de ver.obl. & Bal. in rub. de acqu.
h hære. In fi.glo. *h* in uer. ſingulis. dicite, ꝙ ideo ibi
inducitur tacita ſubſtō, quia grauatus erat ultimus
reſtituere totum fundum, quem reſtituere non pōt,
nec in eo grauari, niſi à teſtatore ex ſubſtitutione vo
5 catus eſſet. In fi. gl. in uer. extiterit. No. † ꝙ appella-
tione hæredis, non continetur hæres hæredis, ſed
ſolùm qui ſemel fuit hæres ex teſtō ex perſona ſua.
Cui ſnīæ obſtare vr̃.l.fi.C.de hære. inſti. l.ſciēdum,
i de verb.ſign. Vos dicite, *i* aut verbum, *Hæres*, ꝓfert'
à teſtatore, aut à lege. Primo caſu intelligit' ſolùm
de primo hærede, vt hic. Rō, quia cum verbum, hæ
res, profert' a teſtatore, ꝓfertur ratione cuiuſdam af
fectionis, q̄ non extenditur ad hæredem hæredis,
quia circa incognita non cadit affectio.l. ſi fuerit, cū
l.ſeq. & §.fi.de lega.3. Et hoc uerū, niſi aliter actus
valere non poſſit, d.l.fi.de hær.inſti. Poſteriore autē
caſu extenditur ad hæredem hæredis uſque in infi-
nitum, ita loqtur d.l.ſciendum. Ratio, nam qñ lex
ꝓfert verbum hſdis, non ꝓfert rōne alicuius affe-
ctionis: vñ conſiderat' proprium ſignificatum quod
eſt, ut oēs poſſint complecti. ita dicite ex mēte Doc.
K In glo. fideicommiſſum. ibi.§.ſi verò. *k* No. † ꝙ ſub-
6 ſtitutio compendioſa facta uerbis communibus, ua
let oī tpe vt fideicommiſſaria. & idem tenuit glo. in
d.l.precibus. & eſt communis opi. licèt aliqui dixe-
rint ꝙ intra tempora ualeat iure directo, poſt tpa ue
7 rò iure fideicommiſſi: ſed dicatis, ut ibi. In fi.no. † ꝙ
ſubſtō cōpēdioſa facta uerbis directis, expirat adue
niēte pubertate. Aliq dñt ꝙ nō expirat, ſed obliqua
tur: de quo in l.uerbis ciuilibus.ff.eod. & in d.l.pre
cib. Addite ꝙ ubicunq; pñt uerba adaptari, & dire-
ctæ ſubſtōni & fideicōmiſſariæ, ſp interpretatur ut
ſubſtitutio directa locū habeat. Bal. alleg. glo. in d.
l.uerbis.ff.eo. alle. tex. in c.ſi pr̃, ext. de teſta. lib.6.

ADDITIONES.

a An ſi pr̃ poſſit facere teſtm̃ filio pupillo, ex interuallo dierū
& horarum poſt ſuū teſtm̃? D e ꝙ ſic, ſed tunc non ſufficiunt ſo
lennitates poſitæ in teſtō patris, ſed denuò requiruntur. Item
tunc teſtamentum paternum det præcedere, non ſequi, l.ſi qs
quem in teſtamento ſuo.ff.e. & dic ut per Bar. in d.l. patris & fi
lij. Et facit hic tex. pro & contra, ad quæſtionem illam, nunqd
ille qui eodem libello accuſauit plures, & non probauit, & ſic
incidit in pœnam ſtatuti dictantis, ꝙ pro qualibet accuſatio-
ne non probata accuſans condemnetur, debeat condemnari
una, an plur.bus. Et facit ꝙ pluribus, de quo per Bar. in l.libel-
lorum.§ ꝙ libelli.ff de accuſ.

b Item uo. in uer. qui & ſcripti ſunt hæredes, tex. ſingularem
contra deciſionem Bar. in l.qui liberis § hæc uerba.ff.eo. ut i-
bi dixi, quamuis nemo eum ponderet.

c Adde ꝙ iſtud procedit ēt ſi longius tp̄s adiectum ſit, l.pupil
lari, ff.e. & ſi minus tp̄s adiectū eēt, et finiretur ſubſtō pupilla-
ris minori tpe q̄ pubertatē: puta ſi eēt datus ſubſtitutus, ſi infra
decē annos moriatur. tex. eſt, quē Ang. hic reputat ſingularē, in
l.ſi ita qs ff.e. & gl. hic allegat. Et no. ꝙ ſi ſubſtō eēt facta hoc
mō, ſi pupillus deceſſerit īfra decē annos, Titiū ſubſtituo, & in
fra quatuordecī, ſubſtituo Caiū: qd ſi moriatur īfra octo annos,
Titius admittitur, qa p ſpālem ꝓuiſionē tpis derogatur gñali.
caſus eſt in l.ex facto § item qro.ff.eo. & Ang hic, quem uide.

d An requiratur ꝙ tota dies ultimi anni ſit finita, Bellon. in
fra § maſculo.

e Dic latius quid debeat præcedere, ut Bello. hic diſtinguit.

f Quæro, an īſtitutus in primo teſtamēto, & ſubſtitutus pupil
lo, poſſit adire hſditatem pupilli, & repudiare paternam: dic
ꝙ ſic, qñ paternum eſſet confirmatū per ueram aditionē alicu
ius cohæredis, uel ꝓpter exiſtentiam ſui heredis, alias non, qa

ualet

valet nec paternum, nec pupillare, l. si filius, qui patri. ff. eo.
g Ista gl. magistraliter diuiditur in tres partes. In prima intel
ligit text. duobus modis. In secunda per modum limitationis
remouet contrarium ad tex. nostrum. In tertia & ultima p mo
dum notabilis remouet aliud contrarium ad istum tex. Secun-
da ibi, item hæc sunt uera. Tertia & ultima ibi, item no. hic, q
de alienis. Et ad ultimam partem gl. adde alium casum singu-
larem in l. sicut § venditio. ff. quibus mod. pig. vel hyp. sol. Et
ad gl. dum alle. l. cū hic status. §. si miles. posset esse dubium, q̄a
aut iudex in sententia reseruat militi bona, super q̄bus possit
testari, & non dicetur testari de alienis. Aut iudex nulla bona
reseruat: & tunc cum oīa sint applicata fisco, operabitur q posse
sit testari. Et si diceres quū ad bona futura, istud est contra d. §.
si miles. ubi dicit de castrensibus iam donatis uxori, & sic præ
teritis. Cogita, sed rñde & clarè q iudex ibi nō reseruat bona,
sed reseruat testamenti factionem.
h Circa l. Titiæ. § Seia. quā gl. adducit pro sol. uide Bello. hic.
i De hac materia uide latissimè Bellon. lib. 4. suppu. c. 16. &
eundem hic plenè examinantem hanc glo.
k Pote. male intelligit gl. ut ostendit Bellonus.

TITVLVS XVII.

Quibus modis testamenta infirmentur.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine. Suprà uisum est, quemadmodum testamenta firmentur: uerùm quia nihil adeò est firmum, quin rūpatur. §. nuptias in Auth. de nup. ideo ex ordine videndum erat, quemadmodum testamenta firmata infirmentur, seu rumpantur: ideo bene intitulatum fuit, quēadmodū testā infirmentur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum nullum non potest rumpi aut irritari.*
2 *Dictio, quasi, est nota improprietatis.*
3 *Testamentum prius, tollitur per posterius.*
4 *Quando scriptura plura continet capitula, sufficit illud edi, quod facit pro parte libellante uel petente.*
5 *Quomodo per adoptionem & arrogationem rumpatur, uel non rumpatur testamentum.*
6 *Quando iudex semel iudicauit, functus est officio suo.*
7 *Ex sententia appellationis nascitur actio, non autem ex prima sententia confirmata.*

a Testamentum. Nō sūmatur, a sed
primò diuiditur in
duas partes. In prima ponitur dictum, in secunda il-
lud declaratur. Secunda ibi, rumpitur autem. Illa se
cunda subdiuiditur in duas. Nam in prima tractat,
cur testamenta rumpantur: in secunda, quemadmo-
dum irritentur. Secunda ibi, alio. Item secunda sub
diuiditur in duas. Nam in prima tractat, sicut testa-
menta rumpantur arrogatione filij. In secunda tra-
ctat, quemadmodum rumpantur confectione secun
c alienare ex necessitate.c & ideo legatum non intelligitur reuocatum. Si uerò alienauerit ex liberalitate & mera uoluntate,tunc intelligitur reuocatum legatum.Si uerò dubitatur,an ex necessitate, an uerò ex voluntate alienauerit, tunc in dubio ex necessitate vſ alienasse,ut sentit glo.in l.rem legatam.de adim: leg.licet gl.hic uideatur uelle quòd onus spectet hæredi.Vos supra distinguite:qa aut ex tit.oneroso alienauit,& intelligitur ademptum legatum: secus si ex lucratiuo In fi.gl.ĩ uer.dederit pignori.no.quòd qñ debitor pignorat rem legatam creditori, non uſ uelle compensare creditori debitum cum re, & iõ creditor poterit retinere rem legatam, & debitum consequi:quod uerum est,qñ unũ debetur,& aliud legatur in specie:secus si aliquid legaretur noĩe debiti.l.
d Titio.§.quæ intuita,ff.so.ma.In gl.d uideri,ibi,qui po
2 test.Rõ † differentię inter alienationem meram &
e pignus est:nam qñ testator ex necessitate e uendidit rem legatam,ideo uſ reuocare legatum,quia intentio fuit ut hæc res ꝑpetuò remaneret penes emptorem: quia hoc suadet natura contractus.l.ex empto. de act.emp.Sed qñ pignori obligauit, licet ex necessitate,non uſ reuocare legatum,quia intentio sua nõ est ut perpetuò remaneret penes creditorem,imò soluto debito reuertatur ad ipsum,uel hæredem, quia hæc est natura pignoris.l.debitor. ff. de preca. Qua rõne dixerunt Doc.quòd si testator rem legatam obligaret pro tanto,uel pluri quàm ualeret, ex necessitate intelligeretur reuocasse legatum, quia illi cui rem obligauit pro tanto uel pluri,quàm ualuerit,intelligitur obligasse animo nunquam exigendi.l. qui habeat.cum gl.de leg.3.si res.de leg.1.quod verum dicite,nisi esset res, super qua caderet affectio, ut fundus uicinus domui,uel parentum,uel liber ĩ quo diu studuisti argu.in l.& si equo.de leg.1.In fi.ideo
3 ibi reuocatur donatio, quia † ab initio non tenuit: hic autem ab initio legatum ualuit, ideo difficilius reuocatur.l.pr̃e furioso.de his,qui sunt sui, uel alieni iuris.

ADDITIONES.

a No.ex.§.si quis rem,ꝙ ubi concurrunt ueritas & opinio, attẽditur ueritas,& non opinio Et ideo si manumitto seruũ,quẽ puto alienum,& ut meus,erit liber §.quoties.in gl.alleg. Et similiter si emo ab eo,quẽ puto uendere rem alienã,& est sua, transfertur dominiũ in me,ut.§.qui ignoranter,allegato in gl.Similiter si contracto rem eius,quem non puto permissurum, quis tñ est contentus,non facio furtum.l.inter oẽs. §. rectè dictum, ff.de fur.& de hoc in glo
b In delictis attenditur magis opinio quam ueritas,si delicta ꝑueniant ex solo animo:puta iniuria facta filio,quæ dr̃ fieri pri, ut.ff.de iniur.l.item apud.§.interdum.& l.cum qui.§.fi. Aut loquimur in delicto quod causatur ex facto, & tunc attenditur ueritas,vt ff.de fur.l.uulgò.§.si quis.& ff de iniu.l.cum qui.§.in iur.& hoc si habuit animum delinquendi,alias non.l.inter oẽs. § rectè.ff.de furt. Aut loquimur in delicto tantum committendo in aliqua specie,& tunc magis attenditur ueritas quam opinio,ut ff.de crimine expilatæ hæred.
c Faciunt prædicta de alienatione uoluntaria & necessaria ad qõnẽ,si dñs constituto ꝓcuratore cõpareat in iudicio pro actu uoluntario,ꝙ vr̃ reuocare procuratorem,nisi dñs protestetur: secus si ad faciendum actum necessarium,ut in c. quamuis, de procu.in 6.& habetur per Bar.in l.mutam ff.de procu.
d Et dum gl.ista dicit in pignore non esse fiendam distinctionẽ an habuerint animum reuocandi uel non, puto ꝙ malè dicat: quia si aliquib.indicijs posset reprobari ꝙ habuerint animum reuocandi,putarem ꝙ reuocatum esset legatum Sed puto, ꝙ in pignore non sit fienda differentia,a pignorauit ex necessitate,uel ex voluntate.& ita tenet glo.in d.l.qui post.& iste hic, &, ita uoluit dicere glo.ista.
e An si testator uendat rem per ipsum alteri legatam, uideatur adimere legatum,uel ne. Adde ꝙ ista distinctio uoluntariæ,uel necessariæ alienationis fit in alijs contractib.q̃ donationib.puta venditione,uel simili alienatione: nõ aũt habet locum in donatione,quia ibi est casus clarus,uel in pignore, ut inf. in gl.fi. ut hic uoluit Bar.in d.l.rem legatam. Et Adde, ꝙ eo casu qñ uẽdit uoluntariè,uidetur reuocare,nisi legatarius probet contrarium,quod potest,ut uult gl.in l.fideicommissa.§ si rem, de le. 3.& probabit per coniecturas,vel indicia,puta si quando alienauit,retinuit in deposito nomine legatarij.d.§.si rem . Si uerò ex necessitate vendiderit uel rei familiaris,uel quia erat res peritura,d §.si rem.tunc in dubio non reuocatur legatum,ut d.l. rem legata & ibi Bar.nisi hæres probet testatorem per talẽ alienatione uoluisset reuocare,ut hic in gl.j.quod probabit ꝑ coniecturas,ut supra in legatario.Sed quid si testator alienauit uoluntariè usumfructum rei legatæ,an uideatur reuocare legatũ? Glo.quod non,in l.3.C.de legatis.Quid autem si rem legatam uoluntariè alienatam testator redimat,an reconualidetur legatum?Dic ꝙ non,ex quo semel fuit extinctum.l.cum seruus ff. de adimẽ le.Idem si testator legat pecuniam,postea de ea emat rem,quia res non videtur in legatum cedere.l.pater.ff. de condit.& demon.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest debitori suo liberationem legare.*
2 *Quomodo consulatur debitori,cui per creditorẽ legata est liberatio*
3 *An debitor possit creditori legare utiliter,quod debet.*
4 *Is,cui remissum est onus reddendarum rationum,nihilominus tenetur de dolo.*
5 *Commodissimum est duplici spe uti.*

§.Si quis debitori. Põt creditor debitori suo liberationẽ legare & ad tp̃s,& in ꝑpetuũ,quo casu debitori & eius hæredi cõpetit exceptio.Sed & agere po
1 test ex testõ,ut liberetur.h.d.No.† creditorem posse legare liberationem debitori suo.Et fuit ratio dubitandi,quia uidebatur legatum inutile,quasi res debitoris fuisset eidem legata,hoc est,res,uel pecunia, uel aliud corpus,quod debet.§.sed si rem. supra eo.

Ratio decidendi fuit, quia non uidetur legari res ip
sius debitoris.i.liberatio, quæ est in facultate credi-
2 toris.l.j.de lib.leg.Item no.† ꝙ legata liberatione de
bitori, non potest conueniri cum effectu: quia eidē
conuento competit exceptio: pōt ēt agere ut liberet,
concordat.l.3.§.nunc de effectu.de libe.leg.No.non
solùm posse relinqui liberationem perpetuò, sed ēt,
ad tempus.concor.in simili.l.in ædib.§.j.de don.tit.
3 generali.Item no.†quod debitor si quod dēt credi-
tori legauerit sub cōdōne, est inutile legatū.Secus si
nō sub cōdōne, sed purè leget, qđ dēt in diē vel sub
* cōdōne, quia* in hoc legato uenit commoditas re-
præsentationis debiti.Item no.ꝙ licèt hoc casu uiuo
testatore ueniat dies uel condō, non annullat legatū
& sic licet res peruenerit ad casum, a quo incipere
non potuisset, actus tñ non infringitur.In gl. legaue
4 rit.ibi.§.si.no.† ꝙ ille, cui remittitur onus reddenda-
rum rationum, ꝙ tñ tenetur, si quid dolo fecerit, vel
aliquid penes se habuerit ex rebus administratis. cō
cordat l.si seruus uetitus.de leg.j.Ex quo dicit Bal.ꝙ
a si aliquis sit deputatus ad aliqđ officiū a ea lege, ut
nunq̃ possit syndicari, tñ poterit syndicari, si quid
dolo commiserit, vel aliquid ex rebus reipublicę vel
priuatorum penes se habuerit, alioquin daret mate-
b ria fraudib. b contra.l.conuenire.de pac.dotal.Eodē
mō licèt alicui cōmittatur cā appellatione remota,
c c si tñ eius snīa manifestam iniquitatem contineat,
poterit appellari.c.inter cæteros.extra de sent. & re
iudi.in 6.Ex quo infert, ꝙ licèt statuto caueatur in
partib.Lombardiæ, ꝙ a sententia lata in cōcione pu
blica non possit appellari: tñ si illa fuerit iniqua eui
denter, poterit infringi remedio appellationis.In gl.
ex contrario.no.ꝙ vtile est hr̃e plures reos debendi,
5 †quia commodissimum est duplici spe uti, ut si una
non succedat, alia progrediamur uia.

ADDITIONES.

a Vide Bell.de tali legato facto creditori, cons.23.nu.1.& 8.qua actione petatur.

a An si quis deputatur ad aliquod officium ea lege, ut non possit syndicari, nihilominus possit syndicari in dolose per eum gestis. Idē de lata culpa, quę comparatur dolo, ut uoluit Bal. in d.l.si seruus uetitus.

b Facit etiam d.l.si seruus uetitus.de lega.2.quòd licèt ex forma statuti Capitaneus non tenetur nisi de furto & barattaria, nō tamen comprehēditur per hoc ut nō teneatur restituere res alienas, quas hēt penes se, & debita soluere, p d.l.si seruus uetitus.

c Quando cōmittitur alicui cā aliqua decidenda, appellatione remota, qualiter & de qua appellatione intelligatur, uide Bar. in l.j.ff.qđ ui, aut clā. facit l.quidam decedens.ff.de adm.tut.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ualeat legatum dotis factum uxori a marito.*
2 *Instrumentum confectum de contractu simulato esse ualidum.*

§ Sed si uxori. a No.ꝙ si maritus legauerit
a uxori dotē, b quam recepit
b utile est legatum, qñ hoc legato tollitur dilatio data
a lege: unde pp commodum repræsentationis red-
c ditur utile legatū. c l.unica.§.exactio. C. de rei uxo.
act.& uidebitis in gl.1.Si uerò testator legauerit do
tem, quā non recepit: tunc aut legat dotem simplici
ter, hoc mō, lego dotem uxori meæ, & tunc inutile
est legatū, q̄a nō cōstat quam dotem legauerit. Item
legatum est nullū, q̄a factum sub incerta quantitate;
incertum.n.est quid debeatur. Si uerò legauerit do-
tē expressā specie uel quantitate explicitè uel impli
citè, tunc ualet legatum, q̄a licet formaliter sit incer
tum, tñ ex quo certificatur per relationem ad aliud,
ualet & tenet, l.si non designata.& l.refert.C. de fal.
cau.ad.leg. Non obst. si quis dixerit, nonne pater pro
mittendo dotem simpliciter obligat? l. cum post. §.
gener.ff.de iu.do. quia hæc incerta promissio licet
& certificatur pro nobilitate, pro scīa, & pro uirtute
mariti.l.quæro.de ri.nupt.Ergo ita in proposito, q̄a
reprehenditur ꝙ ibi loquit in p̄re, qui ex necessitate
legali, & pietate tenet dotare filiam, secūdum uires
sui p̄rimonij: nos loquimur in marito, qui non tene
tur relinquere uxorem dotatam: uñ cum legatū ab
eo factum sit de se incertū, nec possit certificari p re
lationem ad aliud, redditur penitus inutile. facit.l.
1 obligamur.§.lege.de actio.& obl.†Itē no.ꝙ si testōr
legat uxori dotē, referendo se ad instr̃m dotale, ꝙ ua
let legatū & tenet, licèt nunquā fuerit numerata. Ex
quo dn̄t Doc.ꝙ instr̃m confectum de contractu si-
mulato, non est nullū, sed ualidū. Vñ si statuto cauea-
2 tur † ꝙ contra instr̃m publicum nulla pōt opponi
exceptio nisi nullitatis, ut no. Bar. in l. j. quod ui aut
clam. ista tñ exceptio nō poterit opponi, qñ instr̃m
est confectum de contractu simulato: quia licet con
tractus est nullus, instr̃m tñ est uerum & ualidum.
Secus si instr̃m peccaret in forma, uel substantia, uel
in ueritate. in glo.j.ibi.j.respon.quod dicit gl.de hę
rede mariti, intelligite de filio ex cōi m̄rimonio, cui
competit beneficium, ne actione de dote in plus con
ueniatur quàm facere possit: secus in extraneo.

ADDITIONES.

a Adde, quòd ualet tale legatum, licet aliàs donatio inter ui.& ux.sit prohibita.l.j.& toto ti.de don.inter ui.& ux.qui ti.procēdit in donatione inter uiuos, quia in donatione cā mor. nō hēt locum l.si cum.§ si.cum l.seq.ff.de do.inter uir & ux. l. cū hic status.§.oīno.& ideo ēt ualet legatum, quod uidetur quædam donatio causa mortis. sup.de don.§.j.

b De hoc legato dotis facto uxori, vide Bello.cons.19.col.fi ubi quando debetur tanquam legatum, dicit ex eo detrahi falcidiam.

c Attende tamen, ꝙ legatum dotis minuitur propter falcidiam & propter legitimam filij, sicut propter alia credita, quando bona defuncti non sufficiunt, ut l.imponenda. & auth. similiter. C.ad l.Fal.& ideo tunc utilius esset mulieri agere actione de dote, quàm ex testamento.

SVMMARIVM.

1 *Si res legata perierit sine facto hæredis, hæres liberatur.*
2 *Dominium rei hæredis legatæ non transit in legatarium, nisi facta traditione.*
3 *Offendens clericum repertum in adulterio cum uxore sua, non incidit in canonem latæ sententiæ.*

§. Si res legata No.†ꝙ si res legata si-
ne facto hr̃dis perierit
ꝙ hæres liberatur. Rō, quia est debitor speciei, unde
eius interitu liberatur.l.quod te.si cer.pet.l.ex legati
causa.de uerb.obl.Secus si legata fuisset quantitas,
quia ea nunquam perire potest, l.incēdium.C.si cer.
pet.Item no.ꝙ si seruus alienus legatus fuerit, & à
domino manumissus nulla præcedente mora, culpa
uel facto hæredis, hæres tamen liberatur, concor.
l.si res.§.alienus seruus.ff.eo.Item no. quòd si testa-
tor legauerit seruum hæredis, hæresque hoc igno-
rans manumiserit, uel alteri donauerit, qui ma-
numiserit, nihilominus non liberatur, sed æsti-
mationem pręstare compellitur. concor. l. si quis
inquilinos.§.1. de leg.1. l. si seruum. §. de illo. de
uerb.

uêr.obl.Ex quo colligitis duo singularia.Primũ, ꝙ
licèt res legata pereat sine culpa & sine mora hr̃dis,
si tñ pereat eius facto, nihilominus nõ liberat. Scdò
colligitis aliud, ꝙ licèt dñiũ rei testõris legatæ, eo
mortuo uel adita hr̃ditate ipso iure euolet ad lega-
tarium. l. à Titio. ff. de fur. l. si tibi homo. §. cũ seruus.
a de leg. j. †dominiũ tñ rei hr̃dis legatæ nõ trãsfertur
ipso iure, nisi tradõ fuerit secuta, ut hic, & d. l. si qs
inquilinos §. j. de leg. j & est glo in l. Papi. de ser. ti.
gñali. qđ no. ꝓ limitõne l. vnũ ex familia. §. sed si ré.
a de leg. 2. In gl. facto. a colligitis, ꝙ licèt lege statuat
ꝙ hr̃s interimendo seruum legatum, teneatur ad ei᷑
æstimõnem, hoc uerũ limitatur, nisi iusta cã subsistẽ
te occiderit, ut qa eum depræhendit cum uxore sua
turpiter ludendo. Ex quo inferũt Doc. ad qõnẽ. Po-
ne, duo fecerunt simul pacem, ꝓmiseruntq; mutuo
sibi non offendere: unus ex istis bannitur, alter eum
offendit, & hoc statuto ꝑmittente, ut quilibet possit
bãnitum offendere, q̃ritur an itelligatur rupta pax?
Dñt Doc. ꝙ non, quia illa ꝓmissio de nõ offendẽdo,
intelligitur, nisi iusta cã ꝑmissa supueniat. Eodẽ mõ
3 dñt Doct. †si quis offendat clericum repertum in a-
dulterio uxoris suæ, nõ incidit in canonẽ latę sniæ,
hoc est, excõicationis: neq; ecclesia, hoc est, clerico
rum cętus, pt agere ꝓ iniuria sibi illata: qa qđ licet i
passum, licitum est & i quãcũq; tertiã psonã, q̃ pos-
sit ptẽdere se ex illo actu iniuriatã, ut hic in gl. cũ iu
ribus in ea alleg. est tex. in l. nõ solũ. §. quanquam. ff.
de iniurijs. In fi. gl. interest Hæc rñsio nõ bona, quia
idẽ locum hẽt in casu, quo hr̃s probabiliter potuit
ignorare, an esset seruus legatus, necne. l. fi. de leg. j:
ergo solutio mala. Solutio. dixit Bar. aliter rñden-
do, ꝙ iõ hr̃s hic tenetur, quia sentit cãm valde lucra
tiuam, hoc est, hr̃ditatem ipsam: q̃ responsio nõ est
generalis, quia hr̃ditas non semp lucratiua est, sed
pleruq; infert commodum & incommodum. l. hr̃
ditatem. C. mand. Vnde alij dixere, hr̃s tenetur i ca-
su ẽt ꝓbabilis ignorantiæ: quia licèt sine culpa hr̃-
dis fuerit manumissus, tamẽ ex quo desiit esse suus,
facto suo tenetur, &c.

ADDITIO.

● Aduerte, quia licèt cum ista gl. transeant oẽs Doct. tñ nõ pu
to ꝙ iste secundus, licèt sit uerus in se, possit ullatenus procede
re adhũc tex. quia esset de directo contra hunc tex. & ſm istum
intellectum texi deberet dicere, cum facto hæredis. Tu dic ꝙ
imò procedit ille secundus intellectus ad text. ut clarè potes ꝑ
cipere cogitando.

SVMMARIVM.

1 *Legata ancillæ cum liberis, ea mortua adhuc liberi debentur.*
2 *Legato seruo cum peculio, extincto seruo non debetur peculium.*
3 *Partus, qui est in uentre, dicitur portio uiscerum matris.*
4 *Sermo generalis debet & id continere, quod non est ex propria signi ficatione, ut actus ualeat.*
5 *Non debet Imperator propter rudes malè loqui.*

§. Si quis ancillas. a Hoc dicit. Dua-
bus reb. principa
lib. mediante copula relictis, una perẽpta, alia tamẽ
dẽtur. Secus si una ueniat accessoriè ad aliam, quia
1 perẽpta principali perimitur & accessoria. No. pri-
mò, ꝙ† legata ancilla cũ liberis, ea perẽpta liberi de
bẽtur. Et fuit rõ dubitãdi. Nã cũ liberi uideãt uenire
accessoriè ad mr̃ẽ, perẽpto legato i principali, hoc
est, mr̃e, videbat quoq; perire posse i accessorijs, hoc
est, liberis, argumen. in l. quod per manus. ff. de iu-
re codi. in l. 2. de pecul. leg. Rõ. decidendi fuit, quia
in legato non ueniunt liberi accessoriè ad matrem:
sed ueniunt æquè principaliter, & duo sunt legata,
vnde uno perempto aliud non perimitur, ut hic, & l.
si ancilla cũ liberis. de leg. 1. Item no. ꝙ legatis ser-
uis ordinarijs cum vicarijs, licèt ordinarij pereant,
uicarij tñ debentur. Et fuit rõ dubitandi & deciden
a di, q̃ fuit in uers. ꝑced. & statim dixi. No. ꝙ † legato
seruo cum peculio, seruo extincto peculiũ nõ debe-
tur. Et fuit rõ dubitandi, quia uidebatur peculiũ dr̃i,
quẽadmodũ debent liberi mr̃e mortuã, ut sup. ꝓx.
Rõ decidẽdi fuit, quia hic non sunt duo legata, hoc
est serui & peculij: uñ perẽpto seruo non dẽtur pecu
liũ. l. 3. de pec. lega. Itẽ no. ꝙ legato fundo instructo,
b vel fundo cũ instr̃o, b sublato legato fundi, tollit &
legatũ instr̃i. Et fuit rõ dubitandi & decidendi, q̃ su-
mit ex ꝑc. ver. ad q̃ facit l. 1. & l. si cui. ff. de fun. instr.
c Item colligitis, ꝙ dictio, Cũ, hẽt vim copulæ diuer-
simodè. Aliqñ. n. copulat æquè principaliter, ut in
prin. § Aliqñ copulat accessoriè, ut in vers. sed si ser-
3 uus. in fi. gl. in uer. cedit. colligitis, ꝙ† partus, qui est
in uentre, dr̃ portio uiscerũ mr̃is. Et ideo si quis con
duxerit nauẽ uehendã mercede constituta pro singu-
lis capitibus, non dẽtur merces pro partu existẽte in
vtero mr̃is. in l. sed addes. §. si quis mulierem uehen
dam. ff. locati. Eodem mõ si statuto caueatur, ꝙ pro
quocunque lupo præsentato Potestati dẽatur libra,
non dẽtur libra pro lupo existente in uentre lupę ꝑ-
sentatæ: de quo in l. qui in vtero. de sta. ho. In fi. gl. ex
d tinguitur. d no. ꝙ† sermo generalis aliquid cõplecti-
4 tur, ut actus ualeat, quod alias ex propria natura nõ
e cõplecteretur. e Vñ dixit Bal. in l. si ita scripsisset. de
leg. 2. quòd licèt uerba ꝑsentis tpis ex sui natura nõ
trahantur ad futurũ, trahuntur tñ qñ circa ꝑsens ni-
hil operari posset. & allegatur l. fundus, q. ff. de fun.
f instr. In gl. instructus f ibi, sic loquitur. Hæc sol. hic,
5 & ubiq; reprobatur, & id quidẽ iure, quia† nõ debet
Imperator pp rudes malè loqui, sed clarius materiã
explicare. §. sed non usque. infra eo. Ibi. l. 1. Hæc cõi-
ter approbatur. Ex qua colligitis distinctionem: Aut
legatur fundus instructus, aut cũ instr̃o, & tunc alie-
nato fundo instr̃m intelligitur alienatũ, ut sunt plau
stra & aratra, & legatũ extinguitur, quia illa ueniũt
propriè accessoriè ad ipsum fundum, ut hic: secus in
instr̃o patrisfa. in quo ita distinguitur: Aut legatur
fundus instructus, aut fundus & instr̃m, & tunc fun-
do alienato dẽtur instr̃m patrisfa. qa illud non uenit
propriè accessoriè ad fundũ, sed hr̃ in rure pro sub-
sidio personæ. Aut legatur fundus cũ instr̃o, tũc fun
do alienato oẽ instr̃m ẽt patrisfa. extinguitur in le-
gato. l. si cui. l. j. de fun. instr. Sed dicet aliquis: Non
ur̃ bona dr̃ia, utrũ leget quis fundum & instr̃m, an
fundum cum instr̃o: quia dictio, Cum, ita copulat si
cut dictio, Et, l. si Titio. de usufr. accr. l. Titiæ. §. nihil.
g de leg. 1. Et illud, Petrus cum Paulo, &c. Sol. g. dñt
Doc. quod dictio, Cũ, quantum ad uim & effectum
copulandi, ita copulat sicut dictio, Et: sed quantũ ad
modum & formã copulandi, differunt inter se: qa
dictio, Et, copulat semper æquè principaliter: dictio
ãt, Cum, aliqñ copulat principaliter, aliqñ accesso-
riè. Principaliter dicitur copulare, quando ponitur
inter personas & res, quæ principaliter se habent, ut

hic

hic,in prin.§.Accessoriè copulat, qñ ponitur inter res, quarũ una accedit alteri,ut hic,in fi.l.3.de pec. leg.l.si quis inquilinos.§.si ita legatum. de leg. j. In fi.gl.dicite,ut supra,quia tertia est cõmunior. Hæc ultima nulla,quia legũ correctio,&c.l.j.C.de inof. do.c.cum expediat,extra de elect.lib.vj.

ADDITIONES.

a No.primò q dictio,Cum,posita iter res,quarũ vna accedit alteri,vt est peculium,quod accedit seruo,coniungit accessoriè:& ideo extincto legato serui,extinguitur legatum peculij. Sed posita iter res,quarũ una nõ accedit alteri:puta, ancilla cũ liberis,tũc cõiungit principaliter,ut hic,& l.2.& 3.ff.de pec.le.

b Et sic no.q est differẽtia,an legetur fundus cũ instrõ, an fundus & instrumentũ:quia primo casu solùm cõtinet instrm fundi,non patrisfam.d.l.si ca.scdo sic,ut hic.& l.2.C.de uerb.sig.

c Et sic est drĩa inter legatum factum per,Et,& factũ p,Cum. Sed quo ad ęstimationẽ non est drĩa, qñ illæ dictiones ponuntur inter res,quarũ vna nõ accedit alteri.l.ancilla.de leg.j.Sed qñdo ponuntur inter res,quarum vna accedit alteri,ut fundo & instro,tñ est drĩa:quia dictio,Cum, coniungit accessoriè, sed dictio,Et,cõiungit principaliter.Et ideo si dico, Lego uaccam cũ uitulo,si non ualet legatum vaccę,non ualet nec vituli. Secus si dico,Lego vaccã & vitulũ.Similiter si quis igreditur monasterium cũ bonis suis,si nõ ualet ingressus,nec bona dentur. Secus si dedicat se & bona,ut in aut.ingressi.de sacrosan.eccl.

d Et aduerte ad fi.huius gl.licet cũ hac gl.trãseant oẽs, tamen ego puto gl.non bene dicere:quia licèt in peculio tñ sit seruus uicarius,tñ hõ nõ pt dici accessorius ad aliũ hoiem, pp eius dignitatẽ,ut dicit gl.ista,in prin.nec uideo quid obstet in oppositum.Itẽ aduerte,q dum ista gl.alleg.l.si in diem.§ si ff.de con. & dem.uult allegare in uer.si.qui incipit,sæpenumero tamẽ, quẽ uer.habes expressè declaratum per tex notab. in l. talem. §.1.ff.de cõd.& dem.q tex.melius faceret pro ista allegatione gl.

e Quid operetur hæc generalitas.Bell.consi.6.nu.

f In gl.ibi,vel subtilius.gl.uult referre opiniones quorũdã, q notantur plenius.C.de uerb.sig.l.2.ubi notatur in scda opi.q siue legetur fundus cũ instrõ, siue fundus instructus, siue fundus & istrm,uidetur fuisse legatũ instrm fundi & patrisfam.& q alienato fundo extinguitur legatũ instrumẽti fundi, ut hic, sed non instrumẽti patrisfam.& sic quò ad reuocationẽ legati, cõcordat cũ solutione Azonis,q plenius h in d.l.cõtraria. Dy. dicit q solu.Azonis est ueritas.Sed in d.l.2.gl.discordat in primo dicto,ubi legatũ fundi cũ instrumẽto non uenit in legato istrumẽti patrisfam.secus in alijs duobus casibus, qa bñ uenit, ut hic Iac.& Pet.dñt duas esse differẽtias inter ista legata: una, q si legatur fundus instructus,uenit in legato instrumẽtũ fundi,& instrumẽtũ patrisfa.Sed si legatur fundus cũ instrumẽto, uel fundus & instrumẽtũ,nõ venit instrumẽtũ patrisfa.Alia,qa qñ legatur fundus cũ instrumẽto, alienato fundo extinguitur legatũ istrumẽti,sed i alijs duobus modis legatũ nõ extinguitur.l.si cui,alleg.Sed hæc differẽtia hodie corrigitur in altero casu:quia qñ res in princip.&c.

g Breuiter,ista est solutio tertia huius glo.q est Azonis, ut refert glo in d.l.si cui. quam communiter sequũtur Doct. q aut qrimus,nunquid alienato fundo extinguatur legatum instrumẽti,aut quærimus de instrumẽto fundi:& dicẽdũ est q sic acta intelligitur ille tex.Aut loquimur de instrumẽto patrisfa.& dicẽdũ est,ut in d.l.si cui.Contra istã eãdem solu.Sali.ut refert hic Aug faciebat tale motiuũ Si legatur fundus instructus,istud legatum continet duo istrumẽtũ fundi & patrisfa. & quo ad instrumẽtũ fundi extiguitur:secus quò ad istrumẽtũ patrisfa.qa eadẽ res non pt diuerso iure cẽseri. Ego rñdeo, nisi sit res duo cõtinens.q sol.est cõtra illã l.cũ,qui ædes Vnde dic,q illa regula est uera,nisi sit diuersa rõ,ut in istrumẽto fundi,qd est accessorium ad fundũ:secus in istrumẽto patrisfa. qd nõ est accessoriũ ad fundũ sed ad personã patrisfa. Ista solu. mea secũda de directo est cõtra l.cũ,qui ædes.ubi est diuersa rõ,& tamẽ nõ pt diuerso iure cẽseri:nã in superficie q est mobilis,est diuersa rõ, q in solo,quod est immobile,& tamẽ nõ potest diuerso iure cẽseri quò ad usucapionem.

SVMMARIVM.

1 *Legato grege ouium,omnib.peremptis dempta una,illa sola debetur.*
2 *Duplex est uniuersitas.*

§.Si grex legatus.

1 No.†grege ouiũ legato,oibus peremptis una excepta,illã deberi.Et fuit ratio dubitandi,quia legatus fuit grex,& in una oue non cõsistit grex.l.oues,de abig. vnde non videbatur illam dẽri.Sed fuit rõ decidendi,quia legato grege, & sic quodam totali,singulę eius partes dicuntur legatę, & iõ una sola ouis dẽtur, ut hic, & l.grege,de leg.j. Itẽ no.q augmẽtato grege legato,uel ẽt diminuto, talis est pstandus legatario,qualis est.Idẽ in ædibus legatis augmẽtatis vel diminutis.Itẽ no. q duo sunt corpora,unum quod consistit ex distãtibus pecudibus,ut ouiũ & porcorum:aliud quod cõsistit ex cohærentibus pecudibus,vt sunt ædes. Addite tertiũ, q vno spiritu vel elemẽtatione una continet,ut hõ, bos,& similia.l.rerũ mixtura,de usuc.In fi.gl.grex.

a a dicite,tres ãt hoies cõstituũt collegiũ. l. Neratius. de uer.sig.no.in c.j.extra de ele.In gl.ad unam, i fi. b sentit gl.quòd sicut ius collegij retinet in uno, b ita ius gregis i uno aiali,qd est apertè falsũ: qa si oues moriant usq; ad unã,non dẽ grex in vna sustineri. l. si grege,de leg.j.sed illa dẽtur,ut sup. dixi, qa toto legato singulæquæq; partes uñr legatæ. Sed ius collegij licèt saltẽ ex tribus constituat, in uno tñ retinetur.l.sicut.§.si.ff.qd cuiusq; uniu.Ex quo sequit,q si alij superaddãtur,idẽ collegiũ sp remanet:nã†du-

2 plex est vniuersitas:vna facti,ut uniuersitas ouium, porcorũ,& equorũ,& illa i uno nõ retinetur:alia facti & iuris,ut est collegiũ & vniuersitas scholariũ, & aliqd capitulũ.ista est glo.in d.l.sicut.§.fi.Ex quo infert Bal.q si collegiũ uel capitulũ fecerint in aliquẽ cõpromissũ,& collegiũ fuerit augmentatũ, q illi i cõpromisso itelligunt ligati,qa idẽ est collegiũ. l.pponebat.ff.de iud.Secus si collegiũ fuisset excõicatũ,qa superadditi nõ sunt excõicati, qa pęna excõicationis ẽ merè psonalis.c.Romana.§.pe. de sen. excõ.lib.6.Eodẽ mõ si collegiũ aliqd iurauerit,superadditi nõ ligãt uinculo iuri,qa iurm est merè psonale,& solũ obligat iurãtẽ.c.veritatis. ex. de iureiur.

ADDITIONES.

a No.licet á principio nõ possit cõstitui grex,nisi ex pluribus iurib.ut hic in gl.tñ semel constitutus retinet nomẽ gregis, licet minuatur,ut hic,& l.grege.ff.e.& uide i § sed si gregis.supra de rer.di.Et quot cõstituat gregẽ uel populũ,uide i c.1.ext. de ele.

b Tu dic,omissis his quę hic dñr,q sicut uniuersitas retinetur in uno quò ad nomen,ut dicit d. l. sicut.§.fi. ita etiam grex cõseruatur in una oue, si á principio fuerint plures, & hoc quò ad nomen.& ita etiam dicit Ang.hic in pnotab.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo cedat lucro uel damno, quod accedit peculio, uel diminuitur ex eo tam in uita testatoris, quam post mortem.*
2 *Relicta libertate in testamento,non intelligitur legatum peculium. secus inter uiuos.*
3 *Quando cedit dies adita hereditatis & legatorum.*

§.Si peculium.

1 a No.† q legato peculio si qdẽ augmentat uiuo testóre uel diminuitur,hoc idistinctè cedit lucro vel damno legatarij. Si uerò augmentetur post mortẽ testóris,ante tamen aditã hrditatẽ, tũc refert an legetur ipsi seruo manumisso, & tunc eidẽ dẽtur: aut legetur extraneo, & tunc nõ debetur, nisi auctũ fuerit ex rebus peculiaribus.No. rõnem drĩæ, quia legatum scdm manumisso dẽtur solũ à tpe aditæ hæreditatis,& cedit,unde eo tpe cõsideratur quãtũ est pecu-

peculiũ: ſed legatũ factũ extraneo, cedit à tpe mor-
tis, vñ illud tps cõſideraẽ, vt hic, & l. vnica. §. in no-
uiſſimo. C. de cad. tol. Si aũt augmẽteẽ, vel diminua
tur poſt aditã hrditatẽ, tũc ĩdiſtinctè cedit & lucro,
e & dãno legatarij. Ex ver peculiũ. no. q † relicta liber
tate in teſtõ, non intelli relictũ peculiũ ipſi ſeruo:
qd vr abſurdè dcm̃, q plenior fiat interptatio in cõ-
tractu, q̃ in ult. uoluntate. contra reg. iuris, in teſtis.
Sed dicite, q illud eſt rſare: q hic fallit, ea rõne: nã
quãdo dominus pſtat libertatẽ actu inter uiuos, ſpe
rat futurũ cõmodũ operarũ ex liberto: quæ futura
ſpes donõnis operarũ, inducit pſumptionẽ donatio
nis peculij, ar. in l. ſi non remunerandi. §. idẽ Papi. ff.
man. Secus, quãdo pſtatur in ult. uoluntate, quia nul
la ſubeſt ſpes operarũ: illa. n. & oĩs alia tpalis, morte
claudiẽ. §. deinceps. in Auth. de nup. Itẽ no. q rel cta
libertate ſeruo in vlt. uoluntate, cũ onere reddenda-
b rũ rõnũ, intelli legatũ peculiũ: b qa ex quo grauaẽ
hoc onere reddendarũ rõnũ, alleuiaẽ in hoc, vt gau-
deat cõmodo & honore peculij, ar. in l. eũ qui. de iu
c reiu. Finaliter no. c q ſeruo manumiſſo in teſtõ, non
cõpetit ius petendi id, qd impẽdit in rẽ dñi, pp nota
bile pmiũ libertatis, qd cõſecutus eſt. l. Paulus. ff. de
d fideic. lib. In fi. glo. d in ver. cedere. De hac materia
tranſmiſſionis & ceſſionis legatorũ, dicite ut in d. §.
3 in nouiſſimo. Illud tamẽ † palã eſt, qu a tps legato-
rũ cedit quo ad tranſmiſſionẽ a tpe mortis: quia nõ
eſt in ptãte legatarij, quando hæres adeat. Sed dies
hrditatis cedit à tpe aditæ hæreditatis, quia hæres
inſtitutus mortuo teſtatore poteſt quandocunq; adi
re, & ſi moriatur antequàm adeat, ſibi imputetur.

ADDITIONES.

a No. primò, q qñ ſeruus manumittitur inter uiuos, vr in
dubio ſibi relictũ peculiũ: ſecus ſi in ultima uoluntate, vt hic,
& l. 1. C. de pecul. Rõ dĩæ ponitur hic in glo. & opi. Plac. eſt ve-
rior, quã et tenet gl. in d. l. In iſto. § ſi peculiũ. in verſ. idẽ re-
ſcripſerunt. el 2 aduerte, quia oẽs hic poſt glo. primã, nemine
diſcrepãte, intelligũt iſtũ ver q iõ vr relictũ peculiũ pp rõnes,
quas het red dere. Et dicit iſte hic, q rõ eſt, qa ex quo grauatur
onere reddendarum rõnũ, alleuiatur in alio, ut gaudeat cõmo-
do peculij. Iſta rõ nõ eſt uera: quia, q teſtõr diſponat de redden
dis rõnib. a ſeruo manumiſſo, illud nõ eſt onus, ex quo ad illas
reddendas de iure tenebatur: & arctari poterat in tm q domi-
nus nõ poſſet in totũ expſsẽ, niſi ſcdm l. ſi quis rõne. ff. de liber.
leg. remittere redditionẽ rõnũ. l. ſi ſeruus uetitus. ff. de leg. 3. Pu-
to ergo q melior ſit intellectus ad hunc tex. q iõ vr relictum pe-
culium, non pp onus reddendarum rõnum, ſed quia ex pecu-
lio grauatus eſt reliqua ſoluere; ut hic expreſsẽ dr in tex. quia,
ergo non poſſet ex peculio ſoluere, niſi peculiũ eſſet ſibi lega-
tum diſponendo, q ſoluat ex peculio, intelligitur peculiũ lega-
re. conco l. denique § interdũ. ff. de pecul. leg. quę tex. unde ad
declarationẽ huius tex. & ibi Bart. Et ex iſto intellectu hẽs hic
ex tex. q inducta ad diminutionem, operantur augmentũ, cõ-
tra l. legata inutiliter, de leg. 1. quod ideo eſt, quia diſpõ defun-
cti, alias non poſſet ſortiri effectum, prout declarat Bar. in d. §.
interdum. & concordat tex. notabilis in l. Proculus. ff. de vſufr.
Caue tamen in ſupraſcriptis, q immò ſeruus manumiſſus non
tenetur de geſtis in ſeruitute. l. quæ utiliter. §. 1. ff. de neg. geſt.
& toto tit. C. an ſeruus ex ſuo facto. & ideo q manumiſſus nõ
tenetur reddere rationes, bene eſt ſibi onus, ut iſte dicit hic, &
bene, & melius quàm ego ſuprà.
b Adde hic tex. illum notab. in l. denique § interdũ. ff. de pec.
leg. ubi ponitur alius caſus, in quo uidetur relictũ peculiũ, iun
ctis, quæ dixi in l. legata inutiliter. de leg. 1. quod potes ſumere
ex hoc tex. in ver. & ex eo. & uide omnino ſupra l. 1. apoſt. ubi
hæc reprobo, quæ dicit iſte hic, & poſtea ſaluo.
c Vlt. uo. q qñ teſtator legat libertatem ſeruo, & iubet eũ red-
dere rationes, & reliqua aſſignare, per hoc videtur peculiũ ſibi
legare, aliàs non poſſet facere prædicta. Secus aũt, quãdo teſta-
tor dicit, rationem reddi peto, ut hic in glo. & de hoc legato q
de Bart. in l. quamuis. & l. ſi cui libertas. ff. de condi. & demon.
d Et dum gl. circa med. dicit, q legata regulariter cedunt ſta-
tim à morte, niſi ĩ ſex caſib. dic, unus eſt in libertate relicta ſer
uo manumiſſo: alius in legato facto ſeruo manumiſſo: tertius
eſt in legato facto ſeruo non manumiſſo, ſed alij legato, ut eſt
tex. in d. §. in nouiſſimo. & ibi gl. no. in ver. legatis, declarat &
tex. expreſſus, quem ibi gl. alle. in l. hæredis. §. fin. ff. quando di.
leg. ced. Alij tres caſus ſunt expreſſi in l. 2. quando di. leg. ced. &
rationem oĩum ponit Bar. in d. § in nouiſſimo. Item aduerte, q
dum gl. cit. ſi dicit, q legata conditionalia non cedunt, niſi à
purificatione conditionis, niſi in trib. caſib. primi duo qualiter
procedunt. vide Bar. in d. l. conditiones. In tertio malè di-
cit, quia in caſu d. l. ſi cum præfinitione, legatum non eſt con-
ditionale, ſed purum, ut ibi in tex. & ibi Bart.

SVMMARIVM.

1 *Res incorporalis poteſt legari.*
2 *Nomen debitoris alteri legari poteſt.*
3 *In legato generis electio eſt legatarij.*
4 *Legatum optionis tranſmittitur ad hæredes iure hodierno.*
5 *Diſcordia inter legatarios dirimitur ſorte.*
6 *Aliud eſt exigere, aliud recipere a ſponte ſoluentibus.*
7 *Quando legatum eſt in genere, ad quem ſpectat electio, utrum ad hæredem, an uerò ad legatarium.*
8 *Differunt legatum domus, & legatum fundi.*
9 *An iudex diſcordantes compellere debeat ad concordiam.*
10 *Quæ dicantur ſtudia a dul. erin a.*
11 *Si ſcholaris moriatur ſine hærede uniuerſitas ſuccedit.*

a
1 Tam autem No. † q ita põt legari res
incorporalis, ſicut & cor-
poralis: qd uerum dicite, ſi ſint cõputabiles in patri-
monio nřo, aliter ſecus §. non ſolũ. ſup eo. & l. cæte-
2 ra. in prin. de leg. 1. † Item no. q nomen debitoris al-
teri legari põt, & mortuo teſtõre tenebiẽ hrs cedere
actionẽ contra debitorẽ ipſi legatario, ſi tamen non
ceſſerit, ipſo iure utilis legatario cõpetit. l. ex legato.
hoĩs. C. eo. Itẽ nõ. q legatũ noĩs extinguitur tacitè, ſi
a uiuo teſtõre fuerit exactũ. concil. fideicõmiſſa. §. fi-
3 rem. de le. 3. No. † q in legato generis electio eſt le-
4 gatarij. cõc. l. legato & l. qui duos. de le. 1. Itẽ no. † q
b legatũ optionis erat condõtiale, & ppea ſi moriebaẽ
legatarius optione nõ facta. & ſic cõdõne non puri-
ficata, non tranſmittebaẽ ad hæredem. §. in nouiſſi-
mo. C. de cad. tol. Hodie aũt tranſmittiẽ, ut hic, & l.
5 fi. C. cõm. de le. Itẽ no. q † ubi plurib. legatariis prin-
cipaliter, uel incidẽter alicuius rei defertur electio,
c ſi diſcordauerint in eligẽdo, c hæc diſcordia dirimi-
tur, & illẽ præfert in eligendo; qui fuerit à fortuna
prælatus. conc. l. fi. C. cõ. de le. Finalr no. q illis ſolũ
põt legari, qui habẽt teſtamẽti factionẽ, qd intellige
te paſsiuã. Si aũt teſti factionẽ non haberent, ex lega-
to nõ poſſũt capere: & q ſint, ibi videbitis in glo. fi.
6 In fi. gl. in ver. exegerit. No. † eſſe aliud exigere, & a-
lind recipere à ſpõte ſoluẽte: qa exigere eſt ab inuiti
to extorquere, & teſtõr exigendo vr reuocare lega-
tũ: ſecus ſi recipiat à ſpõte ſoluente. Ratio diuerſita-
tis eſt, quia teſtator cũ exigit debitorẽ, ad iudicium
pronocat, ſi ſua ſponte hoc nõ facit: unde nimirum 8
ſi intelligiẽ reuocare legatũ. Secus ubi recipit à ſol-
uente, quia cogitur recipere, velit nolit, alioqui pe-
cunia eſſet obligata periculo ſuo; unde nimirum ſi
tunc non intelligitur reuocare legatũ. Vnde ſi debes
mihi mille, & mihi offeras, & ego nõ recipiã, ſi iſta
mille poſtea pereãt, tu liberaberis. l. q decẽ. de ſol.
Ex quo Doc. inferũt, quòd ſi mutuaui tibi frumen-
d tum, d & offeras mihi tpe abundantiæ, ego teneor
recipere, alioquin ſi frumentũ augmentetur, tu non

S tene-

teneberis de augmento. & facit cõtra usurarium, &
fac. pro gl. in l. nulli. C. de erog. mili. ann. Eodẽ mo
do dicunt aliqui, ꝙ si ego constituo te procuratorẽ
meum ad exigendum noĩa debitorum meorum, nõ
poteris recipere à spõte soluentib. quod non placet
Bal. q̃a ex quo in mandato venit, qđ est plus, hoc
est, exigere, venit qđ est minus, hoc est, à spõte soluẽ
te recipere. auth. multo magis. C. de sacros. eccl. Ex
his infertur: pone, constitui te ꝓcuratorẽ meũ ad iu
e dicia, e si postea cõpareo in iudicio, si quidẽ ex neces
sitate, q̃a fortè iudex ꝓ ueritate uult me hr̃e, ego nõ
uideor reuocare mandatũ tibi iniunctũ: secus si ex
f voluntate cõpareã. alleg. l. fi. C. de proc. In gl. f legata
rij. ibi, liberaretur. Hoc dictũ approbãt Doc. sed nõ
7 approbant rõnem. Nam aut dicimus, ꝙ † electio hoc
casu ptineat ad legatariũ, & tunc non est verisimi-
le, ꝙ uelit eligere muscam. l. cum de indebito. ff. de
prob. Aut dicimus ꝙ ptineat ad hæredem, & tunc
non poterit eligere muscam. l. legatꝫ, de leg. j. Vnde
dñt Doc. ꝙ tale legatum est nullum, quia in hoc ge
nere gñalissimo difficillimũ est, imo impossibile, &
ideo legatum non dẽtur l. legato gñaliter, de leg. 2.
Ibi. l. 2. no. ꝙ in legato gñali, secũdum eos quos ha
bet testõr in patrimonio, electio ptinet ad legatariũ
dummõ eligat mediocrẽ, non meliorẽ. Sed contra
oppo. & imò vr̃ ꝙ possit ab hr̃de pessimus præstari.
l. nummis, de le. 3. Sol. Aut loquimur in re aĩata le-
gata, & tunc electio est legatarij, dummodò medio
cris eligatur. Aut loq̃mur ĩ re inaĩata legata, & tunc
electio est hæredis, & minimam p̃t p̃stare, ita loqui
tur l. nummis. Rõ dr̃iæ, q̃a si priore casu esset electio
hr̃dis, & ꝓmitteretur dari res minima, posset esse le
gatũ inutile. quid. n. si hæres p̃staret hoĩem ætate cõ
fectum, ita ꝙ esset sumptuosum eligere? certè lega-
tum inutilitatẽ esset allaturũ. Nõ est sic in re inani-
mata, quia illa p̃statur sine legatarij impensa, & qua
liscunqꝫ fuerit utilitatem affert legatario. Ibi, inter-
pretatur. Rõ, quia hæres, qui repræsentat defunctũ,
creditur melius scire eius volũtatẽ quàm legatarius
in Auth. de iureiur. à moriente præst. in prin. Et qđ
gl. dicit, ꝙ testator expressit certũ nomen rei legatꝫ,
intelligite eo casu quo testator hẽbat res eiusdẽ no-
minis plures: aliter cũ res esset clara, nõ foret qõ uo
luntatis hñda. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg.
3. Et ista propriè dr̃ interpretatio, non autẽ electio,
inter quæ est dr̃ia. No. in gl. in l. quicquid astringẽ-
dæ, de uer. obl. Ibi, si domus. no. ꝙ legatum domus
ita demum ualet & tenet, si testõr hẽat domos in pr̃i
monio: aliàs secus. Ex quo inferũt Doc. ꝙ si Comes
ꝓmiserit militi infeudare castrum, hæc ꝓmissio ita
demum ualet & tenet, si Comes habet castra in Co
mitatu uel patrimonio: aliter est derisoria. In fi. gl.
8 No. ex hac gl. † dr̃iam inter legatum domus, & lega
tũ fundi: q̃a legatũ domus ualet & tenet, si testator
habeat domos in pr̃imonio. Rõ dr̃iæ, quia domus
fuit constructa suis regionib. sed fundi constituũtur
distinatione pr̃isfa. Vñ hr̃s destinatione sua posset
fundum constituere unius palmi, & legatario p̃stare
& iõ legatũ redditur nullũ uelut irrisibile. l. cũ post
§. gener. de in. dot. Sed Doc. cõiter reprobant: quia
qñ testõr hẽt fundos ẽt in pr̃imonio, legando fundũ
intelligitur legare talẽ, qualẽ hẽbat in pr̃imonio. ar.
in l. domus. Et iõ idẽ dñc Doc. ĩ legato fundi, quod
dr̃ in legato domus, ut ita distinguatur. Aut testator
hẽbat in pr̃imonio, & ualet legatũ: aut non hẽbat, &
non ualet legatũ. Sed licèt ista sit cõis, tñ est contra
casum l. cum post. §. gener. qui lóquit̃ indistinctè &
gñaliter. Et dicere, ꝙ ibi testator nullum fundũ ha-
bebat in pr̃imonio, est diuinare, nihilominus ita te-
9 netur in iudicando. In gl. fortè. in fi. † Si q̃ratur, an
plurib. discordantib. iudex eos cõpellat ad concor-
diã: dic, Aut discordant in p̃iudiciũ tertij, & tũc eos
concordare cõpellit. l. hmõi. §. fi. de le. j. Aut discor
dant in p̃iudicium, & tũc eos nõ cõpellit, sed fortu-
na dirimitur discordia. Fallit, nisi iudex uideret eos
pp discordiã puẽturos ad arma, q̃a tunc cõpelleret.
gl. est. in l. æquissimũ, de vsufr. & facit. l. nõ est singu
g lis. de re. iu. In gl. facio. ibi, g collegiũ. Collegia aũt
10 studiorũ † sunt cõiter approbata, dũmodo sit locus
approbatus: aliter studia & collegia adulterina dice
rentur. no. in l. 1. C. de stud. libera. lib. 11. & in auth.
11 habita. C. ne fi. ꝓ pa. Ideo † si scholaris moriatur in
studio, nullo relicto hr̃de, vniuersitas succederet. l.
1. C. de hęre. decu. & facit ꝙ no. in glos. in l. j. de bo.
cau. lib. 11.

ADDITIONES.

a Et si testator de certis rebus legat incertum, electio est legata
rij, & ius eligendi transmittitur ad hæredẽ, licèt olim secus es-
set. Item plurib. legatarijs, quib. competit optio discordantib.
ne legatum pereat, inuentum est ꝙ sorte dirimatur, quis debeat
in electione præferri, & illis possunt legata relinqui, qui pos-
sunt ex testamento capere h. d. usqꝫ ad §. incertis.

b Dubitaui aliàs circa uer. optionis. quam utilitatẽ affert lega-
tũ optionis, ex quo legati in genere legatarius hẽt electionẽ, nꝫ
ver. pcedenti dr̃. vñ videbatur legatũ nõ valere, q̃a nõ affert uti
litatẽ, imò dãnũ, cũ hẽat in se condõnẽ, & legatario moriente
non facta electione, peribat legatũ, ut hoc tex. Dicebatur mi-
hi, ꝙ qñ nõ est legata optio, licèt legatarius hẽat optionem, tñ
nõ põt optare meliorẽ. l. legato gñaliter. i. respon. ff. de leg. i. Se
cus qñ est legata optio. Sed hoc est contra l. j. in priu. de opt. leg.
& ibi gl. & Bar. tenuit expressè contrarium. Cogita.

c Sed aduerte, quia licèt gl. hic, quam nullus hic reprobat, dicat
ꝙ constitutio, de qua fit mentio in illa l. fi. § j. C. communia. de
leg. puto non esse benedictum, quia ibi ponitur diuersus casus
ab isto, & diuersa decisio ab ista. Primò ibi ponitur casus, qñ ele
ctio non erat relicta legatario, sed cuidam tertio: & ibi deciditur,
ꝙ si ille tertius moriatur antequam elegerit infra annũ, ꝙ
electio transit ad ipsum legatarium. Ibi aũt non deciditur ꝓut
hic, vtrum transmittatur ad hr̃dẽ legatarij. Cogita. Sed nũc ad-
uerte melius, quia gl. hic non all. l. fi. § 1. ubi est verũ, secundũ
ꝙ dixi, ꝙ est alius casus q̃ ur̃: sed all. l. fi. in princ. vbi est ꝓprie
casus, qui in tex. nostro. Quid aũt si aliqui legatarij hñt maiorẽ
summam, an illi debeant eligere, quemadmodũ creditores ha
bentes maiorẽm summã p̃feruntur. l. maiorem. ff. de pac. Dic,
ꝙ nõn, secundum Doc. in d. l. fi. licèt gl. ibi teneat oppositum.

d An ille, qui frumentum accepit mutuo tempore caristiæ, si il
lud offerat tempore abundantiæ creditori suo, & noluerit ac-
ceptare, an ipse per hanc oblationem sit liberatus ab augmen-
to, quod erat tempore caristiæ, vide Bar. in d. l. nulli.

e An si ille, q̃ constituit aliquẽ ꝓcu ad iudicia, cõpareat postea
in iudicio, p hãc cõparitionẽ dicatur reuocasse ꝓcuratorẽ, an
ne, de hoc vide Bar. in l. mutare. ff. de proc. & in c. q̃uis. ext. eod.

f Ista gl. diuiditur in tres partes principales. In prima ponitur
opi. Bul. In secunda Rogerij. In tertia, ponitur op. Ioã. Scđa ibi,
sed Rog. Tertia ibi, Ioãnes distinguit. Rursus secunda pars sub
diuiditur in quatuor. In prima loquitur, qñ legatum est in ge-
nere generalissimo vel subalterno. In secũda, qñ ĩ gñre inferio
ri. In tertia, qñ legatũ est incertũ de certis. In quarta & ultima,
qñ legata est domus vel fundus in genere. Et dũ glo. hic ĩ prin.
alle. l. si cui. ff. de ser. rustico. p̃dio. & glo. ibi in prima solõne, ita
cõcordat has duas ultimas leges, scilicet d. l. si cui. & d. l. si una.
q̃ sunt contrariæ. Eandẽ gl. habes ĩ l. legato generaliter. de le. 1.

&

& tenetur hic, & ibi Io. secundum Bar ibi: nā incertitudo rei le
gatæ in genere uitiat legatum, vt hic, nisi in casib. hic positis i
gl. Et adde q ēt incertitudo uitiat possessionē, usucapionem &
cessionem: unde non valet si quis cedat ius, quod habet in tali
fundo: nec cessionarius poterit usucapere, nisi appareat de iure
meo: de quo per Bar. in l si sic, de leg. 1.
g Item dum gl. ista dicit de hæretico maioris hæresis, vt eam in
telligas, uide gl. post tex. in l. 2. C. de hære. Item dum in fi all. §.
1. in Auth. de nup. nihil facit, nisi hoc mō, quia cōfirmat alias le
ges, nisi in certis capitulis, inter quæ nō est istud, unde hoc ex-
pressè probatur per l. 1. C. de sec. nup. Vel melius dic, q est. §.
qui incipit, primæ, in Auth. de nup. Et hanc glo. dum loquitur
de hæretico, extendit Io. Fab. hic ad excommunicatum, p aut.
credentes. C. de hære. & c. excommunicamus. § credentes. ex
tra de hæret. Sed non bene intellexit illa iura, quia loquuntur
in excommunicatione pp hæresim, uel auxilium, vel fauorem
vt ibi dicit Bar. Et sic uidetur ille tex. probare contrarium in
excommunicato simpliciter.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo ualeat legatum factum incertis personis.*
2 *Valet argumentum a superiore ad inferius negatiue.*
3 *Tutor incertus dari non po. est.*

a **§. Incertis.** a Continuatur sic. Supra uisū
est de incertitudine rerū lega
tarum, sequebat' uidere de incertitudine psonarum,
qb. legat', de qua tractat iste §. h. d. Personis penitus
incertis neque legata, neque fideicommissa possunt
relinqui. Incertæ uerò psonæ ex certis & legari, & p
1 fideicommissum relinqui potest. † No. q olim incer
b tis b personis nec legari, nec per fideicommissum
quid poterat relinqui, quod est uerum olim indistin
ctè: hodie uerò cum distinctione, quia aut relinqui-
tur ad pias causas, & tunc legatum ualet & tenet. Vn
de si relinquam pauperibus, ualet legatum: quia in-
telligitur relictum Deo omnipotenti, qui est certus.
l. id, quod pauperib. l. nulli. l. si quis ad declinandū.
C. de epi. & cle. Si verò ad aliam cām relinquat' in-
certæ quoque personę, tunc relictum est nullū. No.
2 † in uersi. nam nec, tenere arg. à superiore ad īferius
negatiuè, puta, militi non conceditr, ergo nec paga-
no; nō pt dux bellare, nec miles. Sed affirmatiuè nō
ualet arg. Item no. q libertas relicta incertæ personę
non ualet. l. cum ex plurib. de manu. test. Item no. q
c licèt incertis personis c relinqui non possit, incertis
tn̄ de certis relinqui potest. conc. l. quidam relega-
d tus. ff. de reb. du. No. q legata soluta per errorem, d q̄
erant relicta incertis psonis, olim non poterant repe
ti, hodie pn̄t. Item no. q olim posthumo alieno le-
gari nō poterat, hodie sic. No. q posthumus alienus
appellatur ille, q natus inter suos hęredes futurus
3 non est. Item no. q † tutor incertus dari non pōt. cōc.
l. tutor incertus. de test. tut. quia de pręiudicio filij
tractatur, ne malè gubernetur, uñ de certa persona
est sibi prouidendum, ut hic. Itē no. q posthumus
alienus & olim & hodie potest hęres institui: quod
glo. admittit olim, inspecto iure prætorio, secus in
specto iure ciuili, inf. de bo. pos. in prin. vel tacitè ēt
iure ciuili post Gallū, secus ante Gallum. l. Gallus.
e §. ille casus. de li. & posthu. e Opp. contra tex. Vr ēt q
relicta incertis psonis ualeāt. l. si quis à filio. §. fi. de
le. j. l. à ciuib. de re. du. l. j. C. de sacros. eccl. Sol. licèt
istæ psonæ sint incertæ, tn̄ quia repsentatiuè faciūt
psonam certam, ualet relictū. l. mortuo. de fideiuss.
An āt ualeat relictum factum parti Gibellinæ, uel
parti Guelforum? Bar. cum Bal. dicit q non, qa talis
pars est reprobata, & tale relictū accedit ad inuidiā,
& tales partes tendunt contra principatum. l. si quis
ingenuam. §. ciuilib. de capt. & postli. reuer. posset
tamen pars Gibellina, & pars Guelforum constitue
re pcuratorem ad pacta uel concordiam componē
dam, quia est actus laudabilis. Posset etiam testōr
legare ciuib. talis portæ uel parochiæ, uel uiciniæ,
uel etiam ciuibus inferioris partis uel superioris. d.
l. si q̇s à filio. §. si. de le. j. & l. si hæres. §. uicinus. eo. ti.
quia istæ non sunt partes improbatæ: de quo dicatis,
ut per Bar. & Bal. in d. l. si quis à filio. §. fi.

ADDITIONES.

a In isto § incertis. in uer. fin. qui īcipit, posthumus, est multū
diligenter aduertendum, quia text. iste unumquemque decipe
ret. Nam lr̄a vr̄ uelle, q posthumus alienus, qui sit i utero eius,
quæ iure uxor nostra esse non pt, non possit institui. Et conse-
quenter vr̄ uelle, q si posthumus sit ī utero sororis meę, ea quo
ipsa de iure uxor mea esse non pt, q illam non possim institue
re, ita sonant uerba istius uer. & multum clarè prima facie Sed
iste intellectus est falsissimus, quia possum instituere posthu-
mum, qui sit in utero nurus meæ. l. Gallus. in prin. ff. de liber. &
posth. & tn̄ cum ea non possum de iure contrahere mr̄imoniū.
§ affinitatis, supra de nupt. uñ in ueritate iste uersi. posthumus,
vr̄ mihi in eius intellectu multum periculosus, licèt a Docto-
ribus negligatur. Ego puto q iste uer. nō possit intelligi, nisi se
cundum l. si quis posthumos. § fin. ff. de lib. & posth. & credo q
iste uer. uelit illud idem dicere, quod dicit ille. § fin. s. quòd ho
die licitum est instituere omnem posthumū, tam proprium, q̄
alienum, dummodò non instituam posthumum nasciturū ex
tali, cum qua sit prohibitum mihi matrimonium. Vnde si insti
tuerē posthumum mihi nasciturum ex sorore mea, nō ualeret
instū. & uide Bar. in d. l. si quis posthumos. no. in d. §. fin. Sed in
prin. tex. in l. filius a patre. & in §. pe. in eo. tit. ff. de lib. & posth.
contra ipsum intellectū urget: quia exceptio ista non bene ue-
niret ad text. Sed dic, de necessitate tex. debet ita intelligi, vt exce-
ptio ista veniat nō ad casum expressū, sed ad casum subintelle
ctum, hoc mō. Posthumus alienus & olim & hodie pōt īstitui,
subauditur, & multò magis posthumus proprius. Ad hunc ca-
sum subauditum uenit ista exceptio, nisi &c. Obstat ēt multum
contra hūc intellectum tex. iste in uer. fit, & sic de præsenti. Sed
quia iste intellectus loquitur de posthumo nascituro, oportet
de necessitate subaudire fit s. nasciturus: quod est violare literā
ita tamen puto de necessitate dicendum.
b No. regulam, q incertitudo circa psonam legatarij reddit le-
gatū nullū, ut hic, & l. Paulus respondit. de re. du. & uo. Bart. in
l. quidā relegatus, de re. du. vbi ponit plenè materiā incertitudi
nis. Hæc reg. fallit, si testator expressit psonā, sed dubitatur de
qua senserit, cū essent plures eiusdē nominis: tunc legatum te-
net in sui subā, licèt pp incertitudinē redderetur inutile: & nē
si legatarius pbaret de eo sensisse, pōt hæres cui uult soluere
& gratificari. l. si quis seruū. & l. si quis a filio. de le. 2. in fi. Secun
dò fallit, qn̄ ab initio est incerta psona legatarij, sed ex post fa-
cto uenit certificanda, vt hic in ver. illud. & in hoc corrigitur
iste tex. in fi. l. nec hmōi. infra eo. quia hodie ualet, licet olim
non ualeret. Sed qn̄ psona est oīno incerta, nec uenit certifican
da, tunc nec hodie ualet legatū nisi legaretur pauperib. d. l. id,
qd. & sic nō corrigitur, ita uoluit Bar. & gl. in d. l. quidam rele-
gatus. Tertiò fallit, qn̄ relinquitur incertæ psonæ de certis, vt
l. si seruus. d. l. qdā, de le. 2. Quartò fallit fauore pauperū, ut hic
& l. si quis ad declinandum, quæ oīa uide per Bar. ubi sup.
c Itē no. ex hoc. §. in uer. sed nec hmōi spēs. q licèt olim legatū
factum incertæ psonæ, quę ēt poterat certificari ex futuro euē
tu, non ualeret, ut in prin. huius §. in ver. incerta autem perso-
na. & in uer. seq. tamē hodie est secus, quod limitat Sal in l. id,
quod pauperib. & refert hic Ang. de Are. qn̄ implementum il-
lius futuri euentus tendit ad commodum testatoris, per d. l. q-
dam. de reb. du. vbi uidetur tex. & l. si quis ita scripserit, in eo. ti.
